

125 fi. h ad
8.
114, 15 fig.
Duct. G.
114, 15 fig.
ad 4.
R. 20 fi. ad
E. F.
118 fig. 1.
114, 15 fig.
T. V.
114 figura
E. E.
114, 15 fig.
F. F.
4 fi. cap. 6
lib. 4 infer
te K. I.
112, 23 fi-
gura f.
66 fig. A.
112 fig. R.
20 fig. F.
d ad G 14
et 15 fi. at-
que ita eas
figuras, et
in super 6,
15, et 20 ex
pendito.

uæ uenæ * subiiciatur, sinistrorsum maiore sui parte necessariò uergens, ac proinde aliquan-
tulum stomacho cedens, communicatorem, ac uelut socium sedis uertebrarum admittit, adeò
ut stomachus & minus obliquetur, & firmiorem adhuc sedem quàm in sinistro latere repe-
rire posset, obtineat. Porrò stomachus non dextram septi perforat sedem, recta quæ in uentricu-
lum ex dextro dorsi latere porrigitur, sed arteriæ superuectus ° obtuso quæ obliquatus angulo
sinistram petit, ne stomachus uentriculum adeundo iecur uniuersam dextram sedem inferio-
ris regionis septi occupans, perforare cogatur, sed eam septi partem adinueniat, qua minor
iecoris pars ipsi facilem aditum præbitura consistit. Talis sanè est tenuior totius iecoris por-
tio sinistrae septi sedi hinc subtenfa, cui in posteriori regione quæ stomachus septum permeat,
" sinus instar semicirculi inculpitur, stomacho (cuius anteriorem sedem inibi amplectitur)
proportione congruens. Neque est ut quispiam alijs credat dissectionis professoribus, qui
septum, id quæ potissimum quod diximus foramen, ne cibus è uentriculo superiora repetat ob-
staculo esse arbitrantur, quum idem quoque tunc in uentriculum cibi descensum potius pro-
hiberet. Quemadmodum & mera quoque est fabula, qua angustiore stomachum hic quæ
uentriculo continuatur, quàm in ceruice esse contendunt, atra bile in uentriculi superius os
à liene eructata eum colligi constringi quæ falsò existimantes. Cæterum obliquus ille ductus quo
stomachus arteriam conscendens in sinistrum fertur, * neruis etiam commodus est, quos pau-
lo post uentriculo inferi audies. Neque profectò sufficit Naturæ, stomacho in eum modum
obliquato ad uelocem ciborum transitum eas quas innuebam tribuisse fibras. uerum ut ipsius
concauitas semper humecta ac uelut uncta esset, glandulas adiunxit, y alias quidem ad fauces,
stomacho & laryngi communes, quæ saliuam humorem quæ illis organis ne exiccentur, præpa-
rantes, Latinis tonsillæ appellantur. In medio itidem propemodum stomachi ductu, quæ is
asperæ arteriæ in * duos truncos ad pulmones diuisæ subiicitur, binas alias sæpe stomacho
non apponit modo, sed & in posteriori ipsius sede & ad latera adnectit, ° illis planè respōden-
tes, quas uesicæ ceruicis initio in uiris Natura circumdedit. & quemadmodum has urinæ se-
minis quæ genitalis meatum irrigare humectare quæ suo loco commemorabimus, sic etiam glan-
dulæ stomacho adnatæ illius amplitudinem irrorant, ac ne ob siccitatem difficilius in uen-
triculum cibus prolabatur, saliuam quodam humore imbuunt. Cæterum si quid de stomacho
adhuc dicendum superfit, in uentriculi descriptione id persequemur. Ventriculum qui in-
ter reliquos corporis uentres sinus ue non minimam cauitatem obtinet, unde etiam γαστήρ &
κοιλία Græcis, ut nobis uenter & uentriulus potissimum dicitur, mox sub thorace colloca-
tum, iam obiter diximus. Nunc uerò exquisitè ipsius situm, formam, quantitatem, substantiã,
tunicas, uenas, arterias, neruos, ac demum ipsius uires, quæ quæ ad eas auxilij quicquam præ-
stant organa recensibimus. Galenus itaque uentriculum in medio corporis collocatum asse-
rit, quod plerique dissectionum professores ab ipso mutuati non simpliciter enunciant, uerum
hunc secundum omnes positionis differentias ad amissim mediam sedem instar communis
omnium partiũ officinæ adeptum asserunt, perfunctoriè admodum in hominis proportione
metienda uersati. Sedes enim b mucronatæ cartilagini proxima, aut ut Galenus alibi etiam
astruit, umbilicus, haudquaquam erecti corporis medium est, uerum elatissima pubis ossium
regio. At si crura simul cum ceruice illi negligenter, solo uidelicet corporis trunco (quem thora-
cem Aristoteles uocat) intellecto, fortasse regio mucronatæ cartilagini subiecta in corporis me-
dio cõsisteret, uti umbilicus ferè in homine medius est, cui circulus obducitur, qui & manuum
& pedum & uerticis summum æqualibus ferè interuallis complectitur. Neque etiam æqualis
uentriculi portio dextrum & sinistrum occupat, neque uentriulus in posteriora adeò atque
in priora corporis exporrigitur, quamuis fortè c elatius ipsius orificium id sibi non immeritò
uendicare posset. Statim enim ac stomachus septum in sinistra neruosæ ipsius partis sede pene-
trat, continuũ cum uentriculo corpus d efficitur, quod in sinistro latere amplã septi sedem con-
tingens, totam regionẽ inter iecur & lienem uaciam complectitur. In dextro autem latere uen-
triculus nusquam septum attingit, sed iecoris duntaxat concauo subtenfus, tota ipsius parte su-
periori, & dextro item latere à iecore occultatur, tantum quæ à dextra septi sede passim abscedit,
quanta iecoris est crassities, quum interim magnam septi sedem (uti modò dicebam) sinistro
suo latere contingat. Neque id sanè admodum lien impedit, qui non ita uentriculi sinistro late-
ri attenditur, adeo quæ in corporis anteriora, ut medicorum uulgus arbitratur, pertingit, sed po-
tius in posteriora humiliora quæ (tamen & ad latus non nihil) substernitur. Dein profectò non
solùm in sinistrum ad septum usque scilicet, quàm in dextrum, utpote sub iecoris tantum cauo
uentriulus magis pertinet: uerum ipsius forma in homine (nulla enim nunc mihi cum Gale-
no, neque canum, neque simiarum est consideratio) talis cernitur, ut maxima ipsius quoque
portio

Glandulae sto-
machi crebro
adnatæ.

Ventriculi bi-
storia.

Lib. 4 de V.
su pari.
Ventriculi si-
tus.

Ventriculi forma. portio in sinistro collocetur, haud secus quam si inibi maiorem qua aptè contineri possit sedem adinuenisset, idque illius functionibus uideretur accommodum. Ventriculus enim forma perquam uariis est: at si quis illum obiter examinet, rotundus, & à dextro in sinistrum oblongus, aut secundum latitudinem quodammodo teres primum occurrit: rotundus quidem, quod rotunda omnia sint capacissima, & interim minimum noxijs exposita: oblongus uero, quod id sedes qua continetur, & deinde bina ipsius orificia, alterum quo cibos admittit, alterum quo iam confectos in intestina protrudit, exigere uideatur. Cæterum si deinceps uentriculi forma accuratius expendatur, in sinistro latere multò amplior rotundiorque, & ad inferiora prominulus cernitur, ac dein hinc uersus dextra uergens, paulatim in angustum cogitur, & superiori quidem sui parte descendere, inferiori autem ascendere conspicitur, adeò ut in dextro latere multò quam in sinistro gracilior euadat. Sic quoque superiori sua sede, quæ ab uno orificio ad alterum pertinet, strictior angustiorque est, inferiori latior ampliorque. Anteriori parte æqualiter undique gibbus occurrit, nulla ex parte deformatus. Posteriori sede duos quodammodo gibbos commoustrat, unum sinistram, eundemque magnum, proceriusque extuberantem: alterum dextrum, minorem, ac depressum magis. Atque hos gibbos sinus quidam impressio ue parat, secundum corporis longitudinem posteriori uentriculi sedi impressa. Quæ enim uentriculi dorso uertebas, ipsisque exporrectos uenæ cauæ & arteriæ magnæ descendentes truncos respicit, ac sedi quam sortitur sese utcunque adaptat, posterior ipsius regio introrsum quasi ad eius amplitudinem non nihil imprimitur: quamuis uentriculus è corpore auulsus inflatusque, eiusmodi sinum non ostendat, & perinde totus inibi gibbus atque anteriori regione occurrat. Porro ad uentriculi quoque formam duo ipsius faciunt orificia, è quibus unum quo cibus & potus assumi dicebatur, in elatissima sinistra uentriculi partis sede ob hoc consistit, quod stomachus inibi septum commodè perforans, illic primum uentriculo connasci, commune ue cum ipso corpus fieri potuit. Et quanquam superius uentriculi os in sinistra eius parte haberi dicimus, propinquius tamen mediæ ipsius sedi quam sinistro lateri accedit: quod tanto apparet manifestius, quanto uentriculus turgidior occurrit. Alterum uentriculi orificium cibus in cremorem emutatos ad intestina transmittens (unde etiam *πύλωρος* Græcis, nobis autem ianitor & inferius os appellatur) in dextra eius sede consistit, non quidem, ut totus Anatomicorum chorus arbitratur, in dextræ sedis inferiori regione, sed in elatissima, dextroque uentriculi lateri proxima. Non enim fat erat mutuo è directoque hæc orificia inuicem (ne ocyus cibus adhuc immutatus è uentriculo laberetur) non opponi: uerum inferius à superiori remotius abduci oportuit, & ex elatiori quoque uentriculi sede explantari, quo minus sua grauitate cibus uentriculum præterfugeret: sed tunc primum quum confectus, & in cremorem exquisitè mutatus est, uentriculi potius excernendi robore, quam suo pondere, in intestina propelleretur. Atque horum intestinorum principium, uentriculi orificium constituit, explantatque: quare etiam primum intestinorum, quod duodecim digitorum est longitudine, exortum plerique nominarunt. Neque profectò iniuria alterum hoc orificium dextram uentriculi sedem occupat, quum hæc medio cauæ iecoris sedi contermina sit, in quam iecur suarum uenarum beneficio, ex intestinis ipsoque adeò uentriculo quicquid succulentum ab illo confectum est, arripit ac depascitur. quod eo iecur præstat facilius, quo partes confectum à uentriculo cremorem primum excipientes illi uicinius allocantur. Præterea uentriculi orificia non situ duntaxat inuicem uariant, sed inferius quoque superiori arctius est, quòd rudes, non tritas, duras, magnasque moles homo subinde deuoret, ad quarum ingressum amplam uentriculi uiam esse oportuit. Infrà è contrario, rarius magnam, durum, non conuersum in succum crudumque transit: quanquam sanè non adeò angustum sit inferius uentriculi os, ut solum cremorem transmittere queat. quando quidè non pauci quamplurima fructuum ossa impense etiam magna, crebrò deuorata innoxie excernunt, & Galenus à quodam anulum aureum qui ore tenebatur, imprudenter deglutitum, eundemque promptè excretum narrat. Neque orificij huius amplitudinem se ignorasse callidus ille Hispanus docuit, qui superiori anno Clitanæ cuiusdam Bacchidi quadraginta uniones, ex illis quas hinc nobiles matronæ collo gestant, unam cum aurea cruce quinque gemmis instructissimam, & fide pariter qua hæc continebantur, suffuratus est. Illa nanque quum huic noctem se daturam nisi prius numeratis quinquaginta aureis negaret, atque is tandem annuisset, ipsa à patricio Veneto patrico suo, ut comptior ornatioque, & magis placida esset, elegantissimum uxoris suæ monile (quod hinc non minima dotis solet esse portio) obtinuit, ac id in lecto adhuc collo appensum, ne fortè subduceretur, seruaui. Huic monili Hispanus quo meretriculæ uices reponeret, inhians, eamque quam potuit salacissimè, ut suauius tandem obdormiret, exercuit, ac postmodum soluto monili singulos uniones, & crucem, ac postmodum fidem (ne quid suo furto obstaret) deuorauit. Constat igitur in se

c 14, 15 fig. G, H.

f 14 figura L, L.

g 15 figura M.

h 15 fig. N.

i 15 fig. O.

k 22 fig. g, h.

25 fig. P, Q.

l 14, 15 fig. r, s.

m 14, 15 fig. H, 12 fig. S.

n 14, 15 fig. P, 7 fig. ab

l ad K.

Orificiorum non par amplitudo.

Lib. de Naturalibus facultatibus.

rius quoque uentriculi orificium etiam si superiori angustius sit, amplum tamen esse, & interdum grandiora quoque transmittere. Cæterum Galenus & omnes eius asseclæ glandosam carnem inferiori orificio priuatim tribuunt, hanc ad eius orificij constrictionem auxiliari, ac in quibusdam animalibus manifestiorem esse affirmantes. Istam sanè in canibus primùm, qui illa donantur maxima, & quum carnis colorem obtineat, manifestiore, deinde in homine examines uelim. Eam siquidem hanc esse arbitror, quæ duodeno intestino adnascitur, qua portæ uenæ ramus illi subtenditur. Verum hæc nō in hoc ut intestinum illud, aut inferius uentriculi orificiū claudat arctet ue, procreata est, sed ut uasa illi intestino exporrecta suffulciat, ac parem cum glandio iuguli & mesenterij, & humilioris membranæ omenti usum præstet. Deinde si quæ constringendi uis huic glandoso corpori indita esset, ipsum necessariò orificium aut intestinum ambiret, & fibrarum natura participaret, aut transuersarum musculi uesicæ ceruicis modo, aut obliquarum uesicæ & uteri corporis modo. Quinetiam multum abest, ut intestinum illo glandio orbiculatim circumducatur, quum ad intestini longitudinem recta duntaxat linea id adnascatur. Quanquam nō desint, qui solis libris edocti, suoq; arbitrato Naturæ opera fingentes, glandosum id corpus musculus esse scribāt, eo inferius uentriculi orificium orbiculatim amplecti nugaciter affirmantes, atque hinc etiam corpus id *πύλωρον* ianitorēq; appellant. Porro (quod nullos animaduertisse plurimū admiror) non solum in inferiori uentriculi orificio, sed & in superiori substantia uentriculi crassior spissiorq; est, ac orificia uelut in interiora extuberantiorem instar circuli partem exigunt, uentriculi substantiæ penitus respōdentem: quæ quidem inter dissecandum integro adhuc uentriculo tactu percipitur, aperto autem inuersoq; in conspectum uenit, ac manifeste uentriculi initium stomachi ue finem & duodeni intestini originem commōstrat. Videtur enim tunc stomachus, idq; intestinum ex ipso uentriculo quodammodo enasci, aliæq; omnino quàm uentriculus ipse, partes esse, quum tamen exteriùs nihil tale appareat, neque ulla crassior uentriculi portio emineat. Atque hæc crassior uentriculi portio in hoc potissimum facta est, ut ora ipsius robustiora densioraq; quàm reliquum eius corpus euadant, ne fortè à transeuntium impetu diuellantur, rumpanturq; & dein fortassis, ut quū ora cōstringuntur huius extuberantiore particulæ introrsum cōniuentis occasione citius arctentur ocludanturq;. Et sanè quemadmodum exterior uentriculi superficies læuis & plana undique est, sic & magis adhuc interior ipsius concauitas: si modò duo, quæ iam diximus, tubera circulatim prominentia exceperis. Uentriculus enim inibi nihil præter rugas quasdam si uehementer constrictus reperiatur, ostendit, intestinorū & uesicæ cavitati respondens, quamuis interim obfuscum & quasi nubeculis intense rubentibus interstinctū colorem exprimat, quum tamen exterius omnino penè albicet. Cæterum ut in obesorum intestinis, ita quoque interdum adipem fundo uentriculi intus adnatum, atque hunc copiosum quandoq; inuenies. Quod uerò plerique dissectionis professores internam uentriculi sedem cellulis quibusdam asperitatibusq; abundare scripserint, uanissimum putato, ac ipsos ruminantiū animalium omnis delusos, idq; quum bouum pinguia deuorarent exta effinxisse arbitrator. Quantitas itidem uentriculi uaria admodum est. nam si uesicæ modo infletur, haudquaquam miraberis tantam ciborum uim uiniq; copiam uno tempore posse absumi. Neque in homine æquè semper est turgidus, sed quum pro sua natura se habet, cōstrictoriaq; ui utitur, quamlibet exiguum multum ue sit quod continet, totum id undique complectitur, nullam uacuam sedem relinquens. ac proinde pro assumptorum se habet ratione, ut & multa (ne perpetuò edere cogatur homo) assumere amplectiq; possit: & rursus si modica offerantur, ea undiq; amplexetur ac concoquat. Huic actioni ipsius congruit substantia nimirum membranæ, quæ commodè usu exigente ampliari dilatariq; queat: & rursus quum opus est, colligi ac constringi. Constat enim uentriculus duabus latis tenuibusq; tunicis seu plexibus sibi inuicem iunctis, perinde ac stomachus, sed nonnihil dissimilibus. Quandoquidem interna uentriculi similiter, atq; interna stomachi, neruosa membranæq; est, & totius stomachi, oris & labrorum, uti sanè & intestinorum interiori tunica continua, duritie tamen ab oris stomachiq; tunica modicè differt. quòd duriores asperioresq; cibos, priusquam in uentriculū decidant, ore conficiamus: à quibus oris amplitudo contunderetur & raderetur, nisi dura densaq; eiusmodi tunica euassisset. atque idcirco tunica ori, & stomacho, & uentriculo communis, sensim ad uentriculi fundum accedens, mollior efficitur. Fibris hæc duplicibus intertexta est, quo etiam ab interna stomachi uariatur. Interior enim tunicæ pars uentriculi cavitatem respiciens, rectis isdemq; plurimis donatur fibris. Attrahat nanque uentriculus cibos & potus per stomachum oportet, huiusmodi fibris ceu manibus alliciens: quæ quum contrahuntur, stomachum uentriculumq; breuiant, adeò ut inter deglutiendum larynx descendente stomachi initio, sursum conscendat, quòd mutuis

Glandulosa caro non procul ab inferiori orificio distas.

Protuberans uentriculi in orificijs substantia.

Uentriculi superficies.

Uentriculi quantitas.

Uentriculi substantia quibus formetur tunicis.

112 fig. i. i.
 15 fig. S.

112 fig. h.

p. 2 fig. F.
 110, 11 fig.
 L, M, M.
 114 fig. 11, 12.

112 uere 16
 fig. ad h. h.

114 fig.
 116 fig.

117 fig. in
 de uera fig.

118 Quoad
 fieri licuit,
 uentriculi tu-
 nicas 17 fig.
 gura ex-
 pressimus.

119 Laryngē
 simul cum
 stomacho
 ostendunt
 1, 3, 5 fig. ca.
 11 lib. 2. ubi
 stomachus
 H notatur.

stomachi & laryngis sit connexus, & interior utriusque tunica cōtinua cernatur. At secundum fibrarum huius interioris uentriculi tunicae genus obliquarum est, in externa tunicae sede, qua secunda illam amplectitur, situm. Quemadmodum enim cibi potusque attractio, eorundem necessario praecedat retentionem, ita rectas fibras interius obliquis Natura coordinauit. Deinde ut retentionem, ciborum iam confectorum succedit expulsio, ita quoque secunda exterior uentriculi tunica transuersas fibras obliquis exteriores merito nanciscitur, nonnullis interim obliquis fibris etiam implicita. Exterior enim tunica, quae interiore crassior & mollior minusque compacta est, transuersis fibris abundat, secundae stomachi tunicae respondens, nisi quod illa paulo minus quam haec carnosior sit, & aliquot etiam obliquis intertextitur fibris. Cur autem uentriculum, aut hanc exteriorē ipsius tunicā adeo impense carnosam secundum uentriculi fundū humiliorem uel ipsius sedem esse plerique scribant, non satis assequor. Videntur enim suis somnijs confisi, fundum uentriculi insigniter carneū statuere, quum interim uentriculum illic neque carnosior, neque crassior sit, quam ad elatiorē ipsius sedē: imò si uerum fateri licet, superior uentriculi pars carnosior est inferiori fundo uel: ut nunc taceam neuorū superioris sedis frequentiam, tunicarū eius sedis crassitiem insigniter adaugentem. Caeterum duabus his uentriculi tunicis tertia accedit, instar operimenti & propugnaculi cuiusdam tunicae exteriori circumdata, & a peritonæo, quā id septi partem stomacho iter praebentem integit, pronata. Huic enim peritonæi portio primum elatiori uentriculi orificio, deinde uniuerso ipsius corpori ad duodeni usque intestini originem obducitur, atque haec a peritonæo procedens tunica, omnium quas id reliquis organo exporrigit, facile crassissima cernitur, ac ut postea dicturus sum, superiori membranæ omenti principium praebet. Haec tunica primum omnes uentriculum petentes uenas, arterias & neruos excipit firmatque. Ac istae quidem uenae omnes a sola portae uena originem petunt, nulla enim uel quantumuis exilis a caua uentriculo substrata (quanquam id Galeni sit dogma) uentriculum adit. Arteriae autem uniuersae ab illis ortum ducunt, quae a magna arteria in humiliore omenti membranā primum digeruntur, ac in id & iecur & bilis uesiculam, & lienem, & in uentriculum denique ipsum deriuantur. Ac prima quidem uentriculi uena a portae uena priusquam in duos grandes ipsius truncos discindatur, principium habet, ad inferius uentriculi orificium conterminatque ipsi ad posteriorem eius sedem loca excurrunt. Arteria autem huic uenae coniunx, propago eius arteriae censetur, quae secundum portae ductum iecoris cauum adit. Secunda uena coniugem undecunque habens arteriam toti dimidiae inferiori uentriculi parti subteditur, superiori membrana omenti suffulta, a qua & anterior & posterior fundi uentriculi dextra sedes surculos mutuatur. praesens uena frequenter ortum ducit ex dextra uenae portae regione, quā in duos grandiores ipsius truncos finditur. Arteria uero ab illa pronascitur, quam in iecur deriuari diximus. Tertia uentriculi uena impense gracilis est, comite arteria carens, & a uenae portae graciliori sinistro uel trunco enata, in posteriorem uentriculi sedem (qua dextrum ipsius gibbum inibi prominet) pauca ramulorum serie dispergitur. Quarta uena ab eodem quo nuper dicta trunco prodiens, toto progressu arteriam sibi coniugem asciscit, omniumque uentriculum ascendentium uenarum, ut & arteria arteriarum, facile praecipua, atque in numerosiores ramos diuisa. Procedit enim sursum ad medium posterioris sedis uentriculi, ac primum utrinque ramum spargit in plures surculos per posteriorem uentriculi sedem diuaricatum. Dehinc sursum ad dextrum superioris uentriculi oris latus sensim descendit, illudque coronae modo amplectens, ramulos complures deorsum in uentriculi corpus digerit, paucos, eosdemque graciles in stomachi finem, quo is uentriculo committitur, sursum offerens. Ab hac uena dextrum oris uentriculi latus ambiente propago editur, secundum elatiorē uentriculi sedem ad ipsius usque humilius orificium pertingens, ac in progressu deorsum quoque soboles diffundens. Porro arteria praesentis uenae coniunx ab ea depromitur, quae per inferiorem omenti membranam in lienem contendit. Quinta uena comite arteria non priuata, sinistram uentriculi fundi sedem ambit, & superiori membrana omenti suffulta ramos elatiori sua sede in uentriculi anteriora posterioraque emittit. Huius principium dependet ab ampliori uenae portae ramo, lienis infimae sedi inserendo: & arteria, uenam eam concomitans, ab arteriae ramo pululat, lienem hinc accedente. Sexta uentriculi uena, ea demum esset, quae sola Anatomice in ore uersatur, quanquam a liene in superius uentriculi orificium perferri omnes astruunt. Ego uero ut uerum fatear, non unicam, sed plures, easque non semper pari numero ab illis quae lienem exporriguntur uenas pronasci, praeter quintam ante enumeratam obseruo, sinistri uentriculi lateris sedem lienem proximam accedentes: inter quas ea solet esse praecipua, quae a maiori uenae portae ramo altiori lienem parti inserto, principium ducere consueuit, a qua minus quam raro surculi pilorum modo graciles, quasi ad superius uentriculi orificium pertingunt. His ue-

Exteriorem uentriculi tunicam in fundo impense non esse carnosam.

Ventriculum petentes uenae ac arteriae. Lib. 6. de Adm. sectio.

a Secundum K, K. 1401 fig. b 14. 15 fig. iuxta G. c 17 fig. h. d 7 muscul. tab. r.

e 2 fig. Q. Q. Q. 3 fig. 4, 4, 4. f fig. cap. 1 lib. 3. g 22 fig. 3. h fig. induci fi. ca. 12. 3. inferiam. hic uero 4 fig. 5. i fi. ca. 5. 12. 3. D. fig. 15. 4. uersus H. h fi. cap. 12 lib. 3. p. l fi. ca. 5. 12. 3. H. 2 fig. R. 14. 15 fig. c. m fig. ca. 12 lib. 3. r. n fi. ca. 5. 12. 3. K. 15 fig. b. o fi. ca. 5. 12. 3. N. 14. 15 fig. gu. d.

p 14. fig. e uersus H.

q fi. cap. 12 lib. 3. x.

r fi. ca. 5. 12. 3.

z. 14. 15.

fi. f. 2. fi. S.

5 fi. ca. 12. 3.

34.

t fi. ca. 5. 12. 3.

3 X. Y. 14.

15 fig. 88.

nis sinistrum uentriculi latus adeuntibus comites perpetuò iunguntur arteriæ. Commune omnium uentriculi uenarum officium est, ut & alimentum ipsi adferant, & succulentioris ab illo confecti cremoris ad iecoris cauum non aliter ac intestinorum uenæ, deducant. Proprium uerò earum quas sexto loco enumeravi uenarum, & potissimum quintæ munus cum alijs dissectionum professoribus esse (at timidè interim) annuam, ut si quid in uentriculum lien eructet, illæ eius sint uehiculum, idq; in uentriculum fundant. Cæterum frequentes uentriculi arteriæ innatum ipsius calorem recreant, & succulenti etiam aliquid ex uentriculo sugere uidentur. Præter has uenas & arterias uentriculo nullum aliud uas implantatur, & si fortè meatum bilem deducentium aliquis in uentriculi fundum pertineat, id sanè fit quàm rarissimè: & mihi semel hæctenus duntaxat eius generis meatulus occurrit in biliosissimo homine, quem ex longis pontificijs nauibus sectioni adhibuimus. Porrò nerui uentriculi in hunc habent modum, præcipuè sexti neruorum cerebri paris portiones: postquam recurrentes diffuderunt ueros, ramulosq; cordis inuolucro & pulmonibus communicauere, deorsum ad stomachum properant, dextra quidem ad dextrum latus, sinistra autem ad læuum. Simulatq; uerò aliquantisper nerui cum stomacho descenderunt, fibrarum duntaxat interuentu illi commissi, uterque neruus bipartitò scinditur, & dexter quidem suis ramis obliquè in sinistrum fertur, sinister autem in dextrum, atque ita ambo nerui stomachum concomitati septum transuersum permeant, nullam interim (ut dissectionis rudibus uisum fuit) septo sobolem offerentes. Vbi autem quatuor duorum neruorum rami elatius uentriculi orificium contingunt, multiplici propaginum serie id amplexantur, furculos notatu digno interuallo rectà deorsum promentes. A sinistro sexti paris neruo dextram uentriculi oris regionem implicante, insignis utcunque ramus secundum elatiore uentriculi sedem ad ipsius usque inferius orificium deducitur, qui & si in progressu aliquot diffundat propagines, uentriculiq; inferius orificium furculis quibusdam implicet, nō tamen inibi absimitur, sed in iecoris cauum prorepat. Cæterum humiliorem uentriculi partem alij duo accedunt nerui, à sexti neruorū cerebri paris propaginibus, secundum costarum radices deorsum deductis principium obtinentes, ac illarum arteriarum coniuges, quæ superiori membrana omenti suffultæ, in uentriculi fundum digeruntur. Quinetiam interdum sinistro uentriculi lateri quædam neruorum offeruntur soboles, à neruis pronatæ, qui cum arterijs lienem accedunt. Inter hos tam uarios neruorum quos uentriculus exigit furculos, nulli profectò tantam Naturæ ostendunt prouidentiam, atque superiori ipsius orificio inserti, non enim duntaxat id ut noxam à bilioso eius ue generis humore aliquo inductam sentiat, adeò frequentibus scatet neruis, sed ut per illos ueluti riuos & ductus, animalis uis ipsi imprimis dispensaretur, ac cibi potusq; indigentiam uentriculus sentiret, ad sumendaq; cibaria excitaretur. Cum enim totius corporis particulæ, plantarum modo quatuor donentur facultatibus nutritioni seruientibus, neque illis eorum quæ defunt sensus sit inditus, atque omnes propemodum à cauæ ramis nutrimentum allician: aliæ autem ex cauæ per iecur distributis propaginibus, hæc iterum ex ijs quæ per iecoris portas feruntur uenis, & hæc rursus ex intestinis & uentriculo: quumq; adhuc nulla iam supersit pars, ex quo uentriculus aliquid assumere possit, necessum erat, ut foris ingesto cibo repleretur. atque in hoc à plantis differimus. Hæc nanque & si uim propriæ qualitatis attractricem, & attractorum retentricem, ac rursus superfluum excretricem, atque ante has omnes alteratricem perinde ac homo habeant, sensu tamen eorum quæ defunt priuantur. Neque etiam per os plantas nutriri oportebat, promptuarium copiosi nutrimenti submissum habentes terram, cui complantatæ coniunctæq; copia eorum quibus nutriri debent nunquam destituuntur. Verum humana substantia, præterquam quod longè à terra seiungitur, à qualitate quoque terrea plurimum discrepat, motuq; arbitrario ex loco in locum subinde permutari debuit, adeò ut impossibile fuerit homini plantæ ritu ex terra humorem fugere. Oportuit itaque secundum propriam eius naturam, herbis, fructibus, seminibus, aliorumq; animalium carnibus hominem ali, eaq; illo adferri tempore, quo uentriculus sentit indigentiam. at quum nulla pars ex se ipsa innatum sensum possideat, in uentriculum, uti prius dicebamus, eiusmodi uim à sensitiuo principio influere oportuit. Et huius sanè gratia sexti neruorum cerebri paris præcipue soboles uentriculi os, conterminasq; ipsi partes potissimum implicant & intexunt. atque ij demum illi nerui sunt, quibus obliquum stomachi ductum conferre prius retuli. Molles enim quum sint, & graciles, si longa uia recto tramite tenderentur, & uentriculum cibis recipiendis destinatum à se suspensum haberent, ab eius mole perpetuò tensi, leui occasione rumperentur, nisi eiusmodi implexibus & tortuosis ductibus Natura illis sedulo prospexisset. Porrò uentriculus, ut iam ipsius uires aggrediar, octo habet facultates. ac quatuor quidem omnibus uniuersi corporis partibus, quæ nutriuntur, communes: quatuor

Venarū uentriculi munus.

Arteriarum.

Vesiculae bilis meatus in uentriculum.

Ventriculi nerui.

Neruum uentriculi usus.

Ventriculi totius munus.

t autem

u2 fi. cap. 2
lib. 4. f. 14.
15 fig. T, V.
x2 fig. ca. 2
lib. 4. m. p.

714, 15 fig.
G.

22 fi. cap. 2
li. 4. u. ad x.
15 fig. X.

415 fi. X. 20
fig. K.
b2 fi. cap. 2
lib. 4. b. t.
e2 fig. ca. 2
lib. 4. h.
d14, 15 fig.
c, f.
e15 fi. g. g.
f2 fig. ca. 2
lib. 4. r.
g14, 15 fi.
T, V.

h1, 2 fi. ca.
2 lib. 4. e.

Qui uentricu-
li munijs sub-
seruiant par-
tes ipsi accum-
bentes, atq; ita
illius ad alias
partes conta-
ctus.

Nulla omen-
ti partem ante-
riori uentricu-
li sedi obduci.

autem sibi peculiare, quibus uniuerso corpori uentriculus famulatur. Verum hæc nimium obiter perpendunt, integros libros hac quaestione, An uentriculus suo quem iecori conficit succo, aut sanguine seorsum, an simul ambobus enutriatur, commaculantes. Quandoquidem beneficio illarum facultatum, quas uentriculus cum reliquis partibus communes adipiscitur, proprium sibi nutrimentum ex uenis allicit, retinet, elaborat, & si quid superfluum ipsi fuerit, à se abigit. At munijs, quibus toti corpori uentriculus famulatur, quarumq; gratia plerisque Rex corporis uocatur, is esculenta quidem poculentaq; rectis fibris per stomachum ex ore assumit, mox obliquis fibris assumptum retinet, totumq; tantisper amplectitur, donec id ingenua sibi altrice facultate, in succum cremoremq; colore substantiæ suæ similem reddat. ac demum quod confecit intestinis exhibiturus, inferius orificium suum laxat, transuersisq; fibris quod amplexabatur deorsum protrudit. Cæterum uim ipsius alteratricem, unde quaque eum circundantia organa, ac uelut lebetem ingentes foci solent, excalescentia, non parum adiuuant. totam enim superiorem eius sedem uersus anteriora & dextrum ipsius latus, & in posteriori sua sede dextrum gibbum, iecur complectitur. elatior uerò pars ipsius ad superioris sui orificij posteriorem sedem consistens, & sinistrum eius latus uniuersum, septo ambitur, excepta solum ea regione quam lien ad sinistrum uentriculi latus humiliori posterioriq; parte occupat. In posteriori autem sede uentriculus inferiorem omenti membranam, & quæ in illam excurrunt uasa proximè subtensa obtinet. Dein sub hac septi transuersi pars, & uena caua, & magna arteriæ truncus præter dorsum, ipsiusq; musculos consistunt. Porro uniuersæ inferiori uentriculi sedi omentum ipsi partim attenditur, partimq; connascitur. præterea & huic sedi sub omento colum intestinum elatius, tenuia uerò intestina demissiùs, adtenduntur. At alij anteriorem uentriculi sedem omento integri somniant, quum tamen elatior omenti membrana recta duntaxat linea inferiori ipsius parti secundum anteriora adnascatur, nulla interim omenti parte uentriculi anteriori sedi obducta. Vacat itaque magna anterioris uentriculi sedis regio, neque iecore, neque septo transuerso, neque omento, neque liene obducta, sed omenti uice aliud uentriculus hinc obtinet subsidiũ, in calefaciendo huic non absimile. Præter peritonæum enim & octo abdominis musculos uena ab umbilico iecori deducitur, qua foetus nutrimentum accipit, quæq; post partum exanguis inutilisq; efficitur. Huic uenæ quæ peritonæo nexa uentriculo insternitur, in circuitu adeps multus non tamen omnibus æquè copiosus adnascitur, qui ut & uentriculus suo in concoquendo munere alacrius labore, aliquid auxiliij præbet. Impensius enim conducit iecur, lien, & quæ posteriori uentriculi sedi subtenduntur uenæ ac arteriæ, ut & ipsum quoque septum indefesso suo motu uentriculum minime negligit. Quinetiam cordis septo incumbentis calor, ad perfectiorem uentriculi functionem non inutilis censendus est.

Hæc petes
è 2, 3, 6, 12,
20 figuris,
uti qui uen-
triculi sui
narrare.
mus colli-
gere prom-
ptum fuit.

i 2 figuris,
dein G.

DE OMENTO. CAPUT IIII.

O M E N T I delineationem imprimis proponit quarta figura, ac secunda, & tertia, uti in illarum figurarum indice commemoratum est. hoc Arabum interpretibus & nostræ ætatis chirurgis dicitur Zirbus, sine appendice: aut cum appendice, Zirbus adipinus, Tirbus, Clypeus, Ventris mappa. & ut Græcis, Eflor, Epiplex.

Omenti sermo-
nem nunc insti-
tuendum.

Omenti situs.



PROXIMUM nunc erat intestinorũ, ut quæ confectum à uentriculo succum excipiant, enarrationẽ subiungi. sed quia illis omentum incumbit, & uelut innatat (unde & à Græcis ἐπίπλοου & ἐπίπλοου dicitur) & disseccantibus prius quàm intestina occurrit, ac demum non minus quàm intestina uentriculo continuum magna ex parte est, non admodum inopportune id hoc loco aggrediemur. Omentum itaque in peritonæi amplitudine positum, mox anteriori illius sedi subiicitur, & super^b intestina extensum, ad lienem quoque & iecoris cauum, ac posteriorem uentriculi sedem propemodum uniuersum, eiusq; fundum exporrigitur: atque ab his etiam sedibus omentum originem ducere, non multo post audies. quare etiam in dissectionibus perpetuò illis sedibus attentum proximumq; reperitur. At non ita omnibus obductũ intestinũ ad pubis usq; os (ut in canibus propemodum semper) in homine reperitur. Nam ipsius, quæ intestinũ obuolui debeat, portio, raro ultra umbilicũ descendere cõspicitur, sed maxima sui parte sinistrorsum lienem uersus retrahi & conuolui. Quod quũ in hominibus laqueo suffocatis primũ obseruari, ex cõcussu motuq; corporis hoc euenisse arbitrabar: sed postea id ipsum in aqua suffocatis, & capite truncatis, item laterali morbo, aut phrenitide, eius uel generis affectu alio quopiã mortuis, & in ijs etiam quibus

a In 2 fig.
Q, Q, Q
mox in ac
sub A, B, C,
D.
b Confer 2
figurã sex-
te, & sedu-
lo spectã 3
fig. & 4.
c Quomãd-
modũ c, c, c
3 fig.

quibus uiuentibus thorax abdomenq; aperiebatur, animaduerti: atque, ut semel dicam, in sano quod ad omentū attinet homine, ad pubis usq; os id descendere raro cōperi. Quin etiā quum idem obseruasset in dissectionibus obeundis uir diligens IOANNES DRYANDER, medicinæ mathematicesq; professor, quid de Hippocratis aphorismo sentirem, in quo ille mulieres præter naturam obefas concipere negat, quia os uteri illis omento comprimitur, prolixè & eruditè literis à me percunctatus est, ac præter cætera quæ de ramicum differentijs symptomatibusq; mecum egit, sibi omentum ad scortum deuolui, & inibi ramicem (quem ab omenti descensu, Græci *ἀντλοκίλλω* appellāt) haud posse fieri arbitrabatur. Verū retractus ille omenti sinistrorsum sursumq; fundi uteri os omento comprimi, & ad scortum deuolui posse omentum non impedit. Nam si dissecans humiliores omenti partem sursum reuolutam leuiter deorsum traxeris, citra aliquam omnino diuulsionē in omnibus hominibus facile ad pubis usq; os intestinis ipsum obtendi posse deprehendes, eiusq; finem¹ inter posteriorem uesicæ sedem, & uteri anteriorem leui occasione colligi, ibidemq; uteri ceruicem (si omentū præpingue sit) utcunque comprimere doceberis, dummodo in muliere id inter uesicam & uterum, ut in sua sede poneretur, extenderis. Quanquam eiusmodi compressum uix tantum esse autumem, ut ingressum uirilis seminis in uteri fundi² orificiū inhiberet, nisi penis breuitas hīc simul obesset, ac procul ab uteri fundi orificio semen redderet, cuius dein ad fundum ingressum concidens compressaq; ceruicis uteri ante fundi orificium sedes remoraretur, quæ simul obeso comprimeretur omento, ac parum sceleriter à pene distenta, semen sibi adhærens seruaret. Similiter etiam omentum ad scortum decumbere, in ramicum sectionibus interdū animaduerti, quum in ijs quibus intestina in magnam peritonæi amplitudinem detruerentur, & cum seminarijs uasis ipsa amplectens tunica præscinderetur, portionem omenti quæ in scortum deciderat, auferri uiderim. Neq; istud solum manu tales affectus curantibus interdum accidit, uerū etiam intestini portiūcula ab imprudentibus artificibus amputata, præsentem ægro mortem parat. Præterea in latomi cuiusdam, quem ex casu ab alto mortuum Patauij dissecuimus, ramicis uitiū, id quoq; luculentissimè ostēdit. Huic nanq; dexter testis cum seminarijs uasis, quum à ramicem semel curaretur absectus³ fuerat, & rursus in sinistro latere idem affectus inuaserat, quem ex intestinorū & omenti in scortū descensu cōtigisse, dissecando comperi. adeo ut is certam mihi coniecturam faceret, ad pubis usque os, ipsumq; scortum etiam omentum deuolui posse, licet id sursum in latus sinistrum dissecantibus plerūq; retractum obseruetur. Magnum enim (nollem nanque cum Galeno maximum dicere) inter animantia hoc homines sortiuntur, ut & inde nonnulli *ἀντλοκίλλω*, quasi dicas omenti gestores appellentur. Porrò omenti⁴ figura proximè marsupij, aut sacculi, aut peræ imagini conuenit: ac in primis aucupum peris, quæ orbiculatum habet orificiū, posteriori sua parte elatius quàm anteriori ascendens. Huiusmodi nanq; pera omenti figuræ ad amissim cōgrueret, si uno constaret corio, aut ex lana texeretur, ac unde quaq; inconiutilis, & unum duntaxat corpus esset, cuiusmodi profectò est omentum, quod substantia est membrana nullis fibris implicata, simplexq; sed multis abundans uenis, arterijs, neruis, & aliqua sui regione glandosum sibi innatum habens corpus, & multum quoq; adipem. Vnde uerò hæc omnia ortum ducant, intelliges promptissimè, si talem peram qualem antea proposui, animo cōcoeperis, in qua unam partem anteriorem superioremq;, alteram posteriorem inferioremq; appelles. Ad eum nanque modum unam omenti partem⁵ superiorem anterioremue membranam, & alteram rursus⁶ inferiorem seu posteriorem dicimus. etiam si omentum re uera duntaxat⁷ unica (atq; id potissimū in canibus) sit membrana, anteriorq; pars posteriori, ut in dicta nuper pera, incumbat, & cōtinua sit, & omentum quoque sacculi modo cauitatem quæ repleri posset, constituat. Inferioris itaq; membranæ omenti origo à peritoneo pendet ea sede qua⁸ primū sub septo magna arteria descendit, ac primū uenam cauam ibidē contingit. Peritonæum enim quā à uertebrae ligamentis principium ducit, ac utrinque tanquam à uertebrae corporibus abscedit, membranulas magnæ arteriæ & uenæ cauæ offert, quibus illæ dorso affirmantur. Ab his membranulis iuxta eam septimam partem, quæ undecimæ thoracis uertebrae corpus respicit, aliæ propagine membranæ exurgunt, omento originem præbentes, illudq; dorso hīc alligantes. Inferior hæc omenti membrana dextrorsum ad iecoris cauum unde portæ uena prodit, perfertur: ac iecoris portioni aliàs aliq; aliquādo adnascitur, ut & alicui septi transversi sedi spurij costis hīc obductæ, ac id rarius accidit, neque ex eiusdem costæ id semper sit regione. Præsens omenti membrana à iecoris cauo ad dextrum uentriculi latus, cui etiam connascitur, procedit, & ad duodeni intestini exortum, cui propemodum ad ieiunum usque intestinum etiam subnascitur, hinc⁹ orbiculatim semper ad infimam uentriculi partem cōscendit: quam simulatque attigit, ac ex dextro uentriculi latere uersus anteriora repit, ea

d. 4. fig. in ter L et T, super R, S. e. 26 fig. D. 27 fig. G.

f. Omentum u. complectitur 20 figura, præscinditur.

g. Hæc potissimum ostendit 4. fig.

h. 4. fig. f. f. f. f. 3 fig. a. a. a. i. 4. fig. c. c. c. h. Quis est tota 4. fig. l. 22. fig. ad g. h. h.

m. Ad q. 7 misc. tab. n. Hunc duntaxat potissimum perites ex 3 figuris, dem ex quarta e. e. e. n. m. s. p. p. o. qui characteres circum quodammodo circumscribit.

Omenti figura.

Omenti substantiæ breuis enumeratio.

Omenti ortus ac dein nexus.

omenti pars quam superiorem ipsius membranā dicimus, à uentriculo exoritur.° Tertia enim uentriculi tunica à peritonæo pronata, secundum totius uentriculi latitudinem^p recta linea, & ut Aristoteles dicebat, futuræ modo ex humili sede uentriculi uersus anteriora superiorē omenti membranā ex se deducit. Superior hæc membrana ex dextris uersus sinistra secundum uentriculi fundum procedens, cauæ lienis sedi recta linea * implantatur, quò etiam inferioris omenti membranæ sinistra pars protendit, ambæq; superior uidelicet & inferior membranæ lienis cauo simul commissæ innascuntur. ita sanè, ut cōmemoratus iam omenti ductus, orbicularem efficiat circulum à dorsi medio ad iecoris portas, & hinc secundum uentriculi fundum ad lienis cauum, & inde ad dorsi medium procedentem. Totum igitur semicirculum inferiorem à lienis cauo per dorsum ad uentriculi usque dextrum latus pertinentem, inferiori omenti membranæ attribuimus. superiori uerò membranæ (quam cum multis Anatomicis solum nouisse uidetur Aristoteles) eam circuli partem ascribimus, quæ à uentriculi dextro latere per ipsius fundum ad cauam lienis sedem ducitur. Porrò inferior membrana toti posteriori uentriculi sedi^q subtensa, decliuis, ac uersus anteriora fertur, atque ad humilimam uentriculi sedem secundum corporis latitudinem omenti membranam superiorem contingit. hinc ambæ mutuò sibi incumbentes, deorsum super intestina subq; peritonæo ducuntur, & si in hoc super intestina ductu membranæ non implicentur, ea anteriori parte ac in lateribus obtegūt, & ad pubis usque os humiliori suo extremo pertingunt. Si uerò intestinorum sedem duntaxat operiant, quæ supra umbilicum consistit, atque quod frequenter euenit in sinistram latus cōtractæ iaceant, illæ sese uisui offerunt reuolutæ admodum, & uelut in spiras collectæ. Membranæ hæc nullis nexibus intestinalis connascuntur, præter inferiorem membranam, quæ in hominibus colo intestino pertinacissimè continuatur per totam eius intestini^r sedem, quæ secundum uentriculi fundum prorepat. Neque id segniter in homine obseruandum uenit, quum inferior omenti membrana mesenterij loco ipsi colo intestino sit, qua id uentriculo exporrigitur. Colum enim toto illo ductu nullam exigit mesenterij partem, secus multo quàm in canibus & simijs, quibus omentum uix colo connascitur, atque uti prius relatum est habet. In homine uerò inferior omenti membrana mesenterij uicem gerit: imò si omnem fidem libris (uti profectò in dissectione decet) derogans, accuratè singula examinaueris, membranæ inferioris omenti portionem intestinalis exporrectam quodammodo ex tertia coli intestini tunica pronasci fateberis. Atq; id eo te expendere uelim diligentius, quo id minus à Galeno, qui simijs nimium tribuit, animaduersum est: uti sanè Herophilo & Aristoteli id uidetur fuisse perspectissimum, qui omenti partem colon dorso colligantem, omenti loco non habuere, sed eam tantum partem quæ à uentriculi fundo & colo intestino enascitur, intestinalisq; obducitur. Quanquam satius fore arbitror, si eam quoque omenti partē quæ uentriculo subtenditur, columq; continet, omento attribuamus, quum ea omenti reliquæ portioni cōtinuetur, & eosdem usus cum inferiori canum omenti membrana suppeditet: quamuis interim ex abundantia hominis colo mesenterij uice sit. Cæterum ad hæc, superior omenti membrana in homine inferiori membranæ ad coli regionem connata reperitur, quæ id uentriculo exporrigitur. adeò ut quispiam nonnullis nexibus superiorem omenti membranam colo quoque intestino secundum uentriculi fundum connecti, haud absurde dicere possit. Quod autem Galenus omentum modicis, & isdem laxis nexibus, idq; ad dextrum duntaxat latus colo intestino committi prodiderit, in causa fuere simiæ mediam inter canes & homines naturam fortitæ. Omentum nanque canibus nulla ex parte colo alicui ue alteri intestino adnascitur. Simijs autem medio se habet modo, licet illæ adhuc ad canis constructionem potius quàm hominis accedat. Venæ omento implicite solius uenæ portæ sunt soboles. nulla nanque à caua in omentum, uel ubi id principium sub uentriculo ducit (& si aliter Galenus senserit) pertinet. Venas enim inferiori membranæ omenti dispensatas, si ad amissim singulas examinaueris, ab eo portæ^s trunco dispergi inuenies, cuius præcipua portio in lienem exhauritur, quemq; doctrinæ studio graciliorem & sinistrū portæ truncum suprà uocaui. Primùm itaq; omentum portæ^t caudicem ex iecore proficiscentem excipit, sibi iam commemorandas in ipso ductu propagines assumens. Ac inferior quidem omenti membrana^u tres uenarum radices admittit, ex humiliori sede eius portæ trunci, qui ad lienem fertur, depromptas. Vna notatu satis dignæ magnitudinis in dextram potissimum eius membranæ partem multiplici serie dispergitur, quibusdam furculis in colon quoque pertingēs. Secunda iam commemorata amplior aliquantulum post originem in duos mutuò multum abscedētes ramos diducitur, à quibus postmodum in mediam inferioris membranæ omenti sedem, uersus sinistrum tamen magis, frequentes admodum soboles diffunduntur, quæ homini in colum intestinū ca^x serie pertinent, qua uenas mesenterio intertextas alijs intestinalis deriuari nouimus, ac proinde etiam frequentior

Omenti cum
colo nexus.

Venæ omenti
implicantes.
Lib. 6. de Ad
min. dissect.

017 fig. h.
h. i.
p secundum
R, T, S. 2. fi.
* Intuere
tab. 19 fig.

q vi ceme-
re est in 1. fi.

r 6. 8. fi. i. p
ad Q.

s fi. ca. 5. li. 1
F. 4. fi. ad si-
nistrum la-
tus f.
t fi. ca. 5. li. 1
B. 4. fi. l.
u fi. ca. 5. li. 1
L. S. V. fig.
4. x. 7. d.

x 10, 11 fig.

quentior multo ramorum series in hac membranæ parte colum dorso alligante uisitur, quam in reliqua eius parte, quæ à colo deorsum ducta, intestinis obtenditur. Deinde etiam radices hæ hominis omento insigniores obtingunt, quàm canis, quòd illi nulla uenula omentum accedens colo committatur. Tertia radix, non semper apparens, in sinistram humilioris membranæ partem aliquousq; perinde ac in ipsum colum quoque, deducitur. Porro superior omenti membrana uenas mutuatur à^z duabus ad inferiorem uentriculi sedem in ipsa membrana exporrectis. Ab his enim innumeræ soboles deorsum in eam omenti membranam excurrunt, non quidem recto prorsus tramite, sed obliquo quodammodo & errabundo, uti retium funiculos implicari cernimus. Ac proinde etiam omentum Græcis γαγγαμῶν & σπυλῶν, ut & uulgò rete & reticulum dicitur. Quanquam fortè non à uario uasorum ductu, omentum ita fuerit appellatum, sed quod ab ijs quibus cōmittitur partibus^a liberatum, & deinde distentum, rete piscatorium uni accommodatum baculo referat. ^b Arteriæ omenti ab illis pendēt, quæ uentriculo, lieni, iecori, & bilis uesiculæ distribuuntur. has nanque omnes non secus ac uenas omentum tutò deducit, ac ab illis suarum peculiariū uenarū coniuges adeò numerosas adipiscitur, ut quàm paucissimi uenarū surculi, citra arteriæ cōsortium, ipsum perreptent. Item præter cōmemoratas modò arterias, inferior omēti membrana aliquousq; grandiorē in intestina porrectā deducit arteriam. Sic^d neruis quoque illis omentum intertextitur, qui à sexti paris cerebri neruorum portionibus secundum costarum radices exporrectis iecori, lieni & uentriculo implantantur. Cæterum^e adeps quo omentum abundat, in obesis præpinguibusq; hominibus plurimus, in macilentis modicus, in extremè siccatis & marasmo mortuis, etiam aliquis reperitur: isq; perpetuò uenis & arterijs omenti attensus, ad uasorum quidem latera duntaxat mediocris est, superius uerò ac inferius quoque, quibus multus accidit: adeò ut illis etiā uasa alioquin gracilia pinguedine prorsus occultentur. At inⁱ intermedijs uasorum spacijs, nullus adeps asseruatur, ut nec in alijs membranis quibus adeps innasci consueuit. unde etiam promptius colligitur, hunc ab exudante è uenis sanguine & membranarū frigore in crassato, mutantisq; corporis (membranæ nimirum) colorem mutuante progigni. Præter adipem qui ambabus omenti membranis communis est, inferior ipsius membrana posteriori uentriculi sedi substrata, priuatim^e glandosum quoddam corpus impense magnum exigit: quod quia in canibus rubet, simplicisq; carnis speciem quodammodo exprimit, Græcis κωκινερας & πύργερας appellatur. In homine autem hoc corpus magis album quàm rubrum cernitur, uenæ portæ, arteriarum & neruorum ramis inibi attensus, ut illorum diuaticatio inferiori membrana omenti duntaxat suffulta, reddatur securior, utq; uentriculo etiam instar substerniculi ac puluinaris subijciatur. Huiusmodi planè^h corpus substantiaq; est, quæ duodeno intestino subtenditur, quæq; hætenus falso uentriculi humilioris orificium (ne quid inconcoctum efflueret) occludere credita est. Atque is profectò præcipuus maximusq; omenti usus mihi censetur, ut securè ramos portæ in lienem, uentriculum & duodenum intestinum, ac coli non infimam partem exporrectos suffulciat, ac ipsi implexos deducat, neque uerò hos duntaxat, uerum etiam ut arterias quoque & neruos illis quas modò dicebam partibus inserendos sustentet ac tueatur, & demum usui potissimum respondeat, in utero quidemⁱ secundarum, in capitis autem amplitudine^k tenuis quæ cerebrum inuoluitur membranæ. Deinde quod haudquaquam minimum est, omentum dorso uentriculum colligat, & rursus iecur lienemq; uentriculo unà cum uasorum neruorumq; interuentu connectit: ut iam taceam quantum homini firmando colo officium separatim subministrat. ex accidente uerò uelut quoddam intestinorum inuolucrum tegumētumq; efficitur, ipsorum calorem instar penicilli cuiusdam fouens ac continens. His sanè usibus omenti fabrica respondet. membraneum nanque est, ut fortius uenas, arterias, neruosq; ipsi implexos colliget, meliusq; intestinorum calorem reflectat, ac promptè cum intestinis subsidere extendiq; queat. Tenue autem, & potissimum qua intestinis innititur, ne pondere grauet. Vnde etiā Bruxellen si nostro idiomate plumæ nomen meretur. Quòd uerò omentum sanguine & spiritu frequentibus illis uenis arterijsq; asseruato, intestinorum & uentriculi qua parte ipsi attenditur, fouendo calori accommodum sit, etiam si non dicatur, manifestum esse arbitror. Cæterum num adeps insita ac peculiari natura calefaciēdo proffit, an tantum penicilli carnis ue aut membranæ potius ritu iuuat, non æquè ab omnibus conceditur, alijs quidem frigidum adipem, alijs uerò calidum pronunciantibus.

DE INTESTINIS. CAPVT V.

Intestinorum imaginem potissimum sexta figura & septima & octaua & nona exprimere conati sumus. quanquam huc etiam faciat tertia figura simul cum decima & duodecima.

z fi. ca. 5 li.
 1 H. Z. 2 fi.
 g. R. S. de in
 X. X. 4 fi.
 g. o. o. s. de
 in q. q.
 4 Quemad-
 modū 4 fi.
 h in 2, 3, 4
 figuris, ue-
 nis attēdun-
 tur. & fig.
 cap. 12 lib. 3
 m, ac ferè
 tota illius
 trunci se-
 ries.
 c 4 fi. a. fig.
 ca. 12 li. 3 f.
 d Venis quo-
 q; & arte-
 rijs in 2, 3, 4
 fi. adtendun-
 tur. & 2 fi.
 ca. 2 li. 4 y,
 z, u, s, l, s,
 i, t.
 e 4 figura k
 ad i.
 f 4 fig. h.
 g 4 fig. u, v.
 h 4 fig. s. 12
 i, i.
 i fi. 30 P. K.
 Q. R.
 k cōspicitur
 pulchrè 2 fi
 gu. li. 7.

Omenti d^z teriæ.

Nerui omēti.

Adeps.

Glandulosum omēti corpus.

Omenti usus.

Omenti fabri-
 cam suis usi-
 bus respondere.



Quæ hic inte-
stinorum nomi-
ne complectan-
tur.

Intestina cõti-
nuū quidem es-
se corpus, sed
pluralitatis
numero ua-
rijs q̄ nomini-
bus, diuersas
ob causas do-
nari.

Breuis intesti-
norū historie
enumeratio.

Intestinorum
à uentriculo ex-
ortus, et gra-
cilis ductus seu
situs.

Gracilis inte-
stini in tria di-
uisio.
Primum.

INTESTINORVM constructionem ipsorum officio & usui cõuenire tum demum opportunè narrabo, simulatq; eorum situm, formā, substan-
tiam, connexum, quæq; ipsis implantantur uenas, arterias & neruos, ac si-
quid aliud ad eorum fabricæ enarrationē reliquum erit explicuero. Intesti-
norum igitur, quæ Græcis *ἄντρα* dicuntur nomina, nō omnia in præsentī
complectimur uiscera, uel quæ costas succingēte membrana & peritonæo
amplectuntur^a organa: aut etiam uel stomachum & uentriculum, ijs quæ
nunc intestina uocabuntur, non ascribam. Quandoquidem^b ductum ab inferiori orificio uen-
triculi ad podicem usque pertinentem, qui uenas Italicas ut plurimum quatuordecim & dimi-
diam longitudine æquat, peculiariter nūc intestinorū nomine comprehendam. Quæ etsi con-
tinuum idemq; sint corpus, quum tamen in uarios & multiplices & figura differētes anfractus
spirasq; circunducantur, neque omni ex parte eandem situs, substantiæ, & formæ naturam for-
tiantur, ac denique alia alij hominis parti contigua efficiantur, neq; præcipuus omnium eorum
usus par uideatur esse, ac si plura intestina essent, dissectionū peritis hæc enumerantur, primum
in^c crassiora & d^d graciliora ipsa diuidentibus, atq; ex his rursus singulis ternariū numerū, ut sex
sint uniuersa cõstituentibus, ad eum quasi modum, quo idem cõtinuumq; perpetuò iter plura
uarias ob causas nomina sortiri cõstat. Quemadmodū Lutetiæ à diui Iacobi porta ad eam usq;
quæ Martini dicitur, iter, etiā si rectum sit, neq; per uarios giros procedat, nihilominus tamen
sexies (si recte memini) nomen euariat. Primum à diuo Iacobo, inde à paruo ponte, mox à tem-
plo Virginis, & nō multo post ab eius ponte, inde ab cenopolio quodam, & postremū ab æde
Martini appellationem mutans. Idem multo magis in fluminibus nō regijs, & quæ per mul-
tos giros procedunt uijs fieri cernimus. Cæterum utcunq; intestina inter sese uariant, omnia ta-
men inter uentriculum, & qua excrementa egerimus sedem collo cantur, forma tereti donata,
sed nō omni ex parte æquè capaci & orbiculata. Substantiam habēt membranæam, uerū un-
dique non pariter aut crassam, aut tenuem: deinde duas peculiare tunicas orbicularibus, &
alicubi etiam rectis fibris intertextas fortiuntur, tertiā ad has tunicam à peritonæo obtinentia.
Venarum præterea, & arteriarū, & neruorum furculos suscipiunt, sed non ubique similiter nu-
merosos, quemadmodū nunc persequi enitar, ab ipso intestinorū exortu sumpto initio. Ex hu-
miliori orificio uentriculi, quod in elatiori sua sede & dextro ipsius lateri proxima cõsistit, prin-
cipium intestinorū exoritur, illi uel orificio continuatur, quod simulatq; è uentriculo prodit, in
posteriora retortū, sub sede uentriculi posteriore secundum dorsi dextrū latus rectā deorsum
proficiscitur, in nullos omnino anfractus reuolutum. Quū primū uerò ad inferiorē usq; uen-
triculi sedem intestinū istud sic occultatū, rectaq; descēdens^e pertingit, sub colo intestino (quod
paulo post hæc^f porrigi audies) latitans, statim ex dextra sede in sinistrū retorquetur, ac uelut ex
alto sursum antrorsum uel assurgēs, in frequētes innumerōsq; giros & anfractus^g reuoluitur, ac
nullis omnino intestinis obtectū, sedem uniuersam quæ sub uentriculo ad pubis usq; ossa, & ad
ilia utrinq; habetur, occupat, ea demum excepta, qua huic intestino colum instar orbis ad late-
ra^h circumduci, postea dicā. Horum sanè anfractuū seu reuolutionū nullus omnino neq; nume-
rus, neq; idem penitus ordo habetur, neq; illæ magis dextrā quàm sinistrā uentris sedē implent,
præter quàm quod ad dextrū ilium seu ile, ubi sedem longè maiorem supra ilium os ad pubem
usq; opplent in sinistro latere, coli intestiniⁱ anfractu quoquam eam sedem sibi priuatim uendi-
cante. Utcunq; uerò multiplices, uarijsq; huius intestini conspiciantur anfractus, perpetuò ta-
men^j è directo mediæ sedis dextri illi formam, ipsiusq; amplitudinem, & pleraq; alia (uti post
subiungā) euariat, eandemq; crassitiem amplitudinemq; ab orificio uentriculi inferiori ad hanc
usque sedem obseruat, nisi aliquādo huius intestini^k pars sub uentriculi fundo ad dorsum pro-
ximè affirmata, inter disseccandum capaciōr, ampliorq; reliquo intestini ductu (quemadmodū
subinde fit) occurrat, atque huiusmodi gracilis intestini ductus uisitur, quod ter nomen, ac si
tria essent intestina, uariat. Primum quidem constituitur tota ea intestini pars, quæ uentriculo
substrata, ab inferiori ipsius orificio rectā quodammodo eousq; descendit, ubi intestinū in an-
fractus orbescq; primum cõuolui incipit, ac de huius intestini nomine aniles admodum conten-
tiones apud illos reperies, qui partis refectione neglecta, futiliter de uoce altercantur. Sunt qui
rotam hanc partem quæ duodenum digitorū longitudinem in uiro ut plurimum æquat, non
intestinum, sed *ἐκφυσις* & exortum, seu processum, seu ut eorum uertunt nonnulli appendicem
uocandum cõtendant. Alij etiam si ipsius principium è uentriculo nascatur, intestinum tamen
esse, ipsiusq; orificium *ἐκφυσις*, reliquum uerò ipsius ductum, intestinū uocari affirmant, inte-
gros commentarios nugaci disceptatione implentes, parte interim quam in controuersiam uo-
cant, prorsus ignorata. Voecetur itaq; nobis uulgato nomine tanquā succinctiori, duodenum,
aut

a Huius
6 libri figu-
ris sunt ob-
uad.

b 7 fig. 1 ab
H. ad 3 fig. 4.

c 8 fig.
d 7 fig.

e 14, 15 fig.
H. 16 fig. a.
f 7 figura
ex H.

g 7 fig. ab l
ad K. 14, 15
fig. P.

h 7 fig. K, L.

i 6, 8 fig. P.

uersus Q.

k 7 fig. ab L.

ad M conti-
nuo ductu.

l 6, 8 fig. N.

P, Q, R, S,

T.

m ab R, S

ad T.

n ad 7, 8 fig.

gura M.

o Efficit iux-
ta L et K 7

figuræ.

p 7 fig. ab

l ad K.

aut intestinum longitudinem duodecim digitorum æquans, siquidem id Græcis, & impri-
 mis Herophilo δωδεκαδωδετυλον appellabatur. Secundum intestinum⁴ illic incipit, ubi iam com-
 memoratū in anfractus gyros ue primū conuoluitur: & *ννσω*, seu ieiunum appellat, quod inter
 dissecandum reliquis intestinis inanius & magis uacūū reperiatur. Huius nomen alij explicare
 conantes, tanquam nihil unquam in se contineat, ac per ipsum à uentriculo confectus cremor
 nunquam transeat, aut momento tantū in eo hæreret, scribere uidentur. Tertium intestinum
 ileon, seu uoluulus Latinis, ut & Græcis *ιλεον*, à frequentibus fortassis quibus inuoluitur an-
 fractibus dicitur: ac etiam loco in quo ad abdominis latera continetur, nomen indidit. Hoc
 in crassi intestini principium desinit. ubi uerò principium suum obtineat, nō satis mihi constat.
 Equidem ignoro quantam gracilis intestini portionem ieiuni nomine, grauiter de nominibus
 litigantes, comprehendi uelint: neq; sanè⁵ à ieiuni intestini initio, ad ilei usq; finem manifestum
 aliquod indicium obseruo, quo ieiuni finem ac ilei initium interno scere queam. Vbi enim duo-
 denum intestinum in ieiunum finire, ieiunumq; intestinum in ciperere credimus, copiosiores ue-
 næ ac arteriæ, quàm propter ilei ad crassiora intestina terminum, uisuntur: uerū media medio
 sese habent modo. Deinde ieiuni initium rubicundius est, ilei finis magis albicans. Ad hæc, in-
 ter secandum ieiuni initium fortè magis inane ilei termino offenditur, ac in medio ductu, uti &
 antea dixi, omnia sunt media. Quapropter quis ieiuni habendus sit finis, aut quod ilei princi-
 pium, non statuo: id intrepidè affirmans, nihil minus ieiunum ab ileo quàm inanitione, ut cæte-
 ri dissectionis professores obseruari asserunt, dirimi posse. neque profectò minus duodenum,
 quàm id quod ieiunum uocant, inane reperitur: & maiores (ut dicam postea) ob causas. Ac ta-
 les gracilis intestini ter nomen emutantis, ductus situsq; sunt. Forma autem undecunque con-
 stat simili, ad amulsum uidelicet tereti, & omni ex parte æquè ampla, nisi interdum (ut prius quò
 que innuebam) quā dorso proximè committitur, ieiunum que incipit, ac ad insertionem uasis
 bilem ad intestina deferentis, amplius obseruetur. Substantia quoque toti intestino gracili
 eadem est, membranea scilicet, modicè que admodum carnea. Constat enim⁶ tunicis duabus,
 quarum interna durior membranaq; est, uerū interiori uentriculi tunica mollior: externa te-
 nuior, magisq; carnea: utraq; tamē, tam exterior inquam quàm interior tenuis est, & transuersis
 orbicularibus ue fibris tantum intertextitur: nisi fortassis externa, idq; potissimū ad ilei in cras-
 siora intestina terminum, rectas quoque aliquot nanciscatur fibras, que tamē sunt quàm pau-
 cissimæ. Duodeni intestini pars elatior, utpote quæ uentriculo uicinior est, tunicas suas crassio-
 res obtinet, cum uentriculi⁷ tunicis aliquid sibi commune adhuc uendicantes. Tertia præter
 duas peculiare tunica à peritonæi membranis uasa ad intestina securè deferentibus originem
 ducit. Hæ namque unà cum uasis ad⁸ cauam intestinorum sedem pertingentes dilatantur,
 tertio que inuolucro intestina induunt. Caua autem intestinorum pars Anatomicis doctrinæ
 gratia nuncupatur, quam uasa primū attingunt, seu quæ intestina respicit, gibba uerò huic
 contraria. Ac duodeno quidem intestino tertiam tunicam ea omenti⁹ pars exporrigit, cu-
 ius beneficio intestinum id dorso colligatur. Ieiunum uerò ac ileum tertiam tunicam à me-
 senterio, quod ea dorso firmat, accipiunt. Sic duodenum quoque & ieiuni initium¹⁰ ue-
 nam¹¹ arteriam que habent peculiare, secundum ipsorum longitudinem rectà deorsum du-
 ctas, multosq; surculos in progressu illis diffundentes. Ac uena quidem à portæ uena prius
 quam mesenterio inseratur, principium obtinet: arteria autem, ab ea quæ iecori offertur. Iei-
 unum ac ileum frequentes uenas arterias que suas nanciscuntur ab¹² illis quæ mesenterio à portæ
 uena, & ab arteriæ radice supra renum arterias à magna originem ducente exporriguntur. pau-
 ci enim rami in graciliora intestina ab arteriæ¹³ propagine diffunduntur, quæ à magna arteria
 post seminalium arteriarum ortum originem sumit. Neq; etiam uasa, quemadmodum in duo-
 deno, secundum ieiuni & ilei longitudinem sub ipsis deducuntur, sed¹⁴ uelut ex mesenterij cetro
 ex alto sursum tendunt, rectaq; antrorsum in intestina pertingunt, in quæ numerosa sobole ar-
 boris radicum modo, in cauam præcipuè ipsorum partem implantantur, osculis suis in inter-
 nam intestinorum sedem hiantia. Ileum & ieiunum¹⁵ neruos quoq; exigunt deriuatos à ramis
 sexti neruorū cerebri paris, qui costarū radicibus exporriguntur. duæ enim ab illis propages
 utrinq; singulæ, ad mesenterium, & dehinc ad intestina frequētī utcūq; sobole discindunt. Duo-
 denū uerò¹⁶ neruos si quos habet, ab illis exigit, qui inferius uentriculi orificiū, & dextrā fundi se-
 dem adeunt. Dein duodenū priuatim id sibi uendicat, quod¹⁷ meatus bilē flauā ad intestina defe-
 rens, illi implantetur. Idem intestinum in hominibus, & adhuc magis in canibus¹⁸ glandosum
 illud corpus, cuius antea uentriculum describendō memini, peculiariter substratū possidet, ad
 suffulciēda uasa ei intestino propria, ac quarū dā corporis glandularū modo amplitudinē eius
 lento humore irrigandā. Quancq; nō duodenū solū, sed et reliqua intestina omnia lento quo-

Secundum.

Tertium.

Vbi ieiuni in-
testini finis et
ilei initium debe-
at constitui.Gracilis inte-
stini forma.

Substantia.

Caua intesti-
norum pars,
que Anatom-
is dicitur.Gracilium in-
testinorum ue-
na et arteria.

Nerui.

Intestinorum
glandes.

*Crassorum in
testinorum hu-
storia.*

*Cæcum inte-
stinum cuius-
modi.*

*Crassi intesti-
ni ductus si-
tus.*

dam & lubrico humore interna sede imbuantur, atque ut Rhazes non ineptè dicebat, fictilium uasorum more inuitrentur instanneatur ue. At quum huiusmodi pleraque crassis etiam intestinis sint communia, illa quoque recensenda nunc ueniunt. Ileum intestinum sub dextri renis regione à quodam crasso intestino multis modis ipso gracili intestino ampliori excipitur, non quidem ac si quis diceret exactè in crassi eius intestini initium, sed in ipsius propter initium latus sinistrum. Hoc enim crassioris intestini initium instar globi cuiusdam præmagni extuberat, in sinistro suo latere duo obtinens orificia. ° unum quidem ileo intestino continuum, & magis ab initio distans: p alterum uerò humilium, & ipsi initio propinquius. Huic continuum est in hominibus intestinum, quod *τυφλόν*, seu cæcum ueteribus dissectionum professoribus uocatum esse certissimò noui, non ignarus interim, quid hodie plerique de cæco intestino commententur: decepti profectò, quod inter crassiora intestina id à Galeno alicubi recensetur, neq; aliter quàm amplius quispiam saccus, ac ueluti alter quidam esset uentriculus, ab ipso cæterisq; qui illum subsequuti sunt Anatomicis describatur. quum tamen in homine id quod cæcum appellandum duco, cæteris omnibus intestinis sit breuius, atque arctissima omnium intestinorum parte multo angustius strictiusq; & crassiori lumbrico in orbem conuoluto potius quàm intestino simile: adeò ut cæcum uix intestinorum appendicis loco, ac proinde minus longè in crassorum intestinorum numero habendum esse uideatur. Atque hinc fit, ut Æsculapij nostri, scilicet quando hanc gracilem portiunculam in homine cæci intestini loco me commonstrare uident, Galeni descriptione nobis obstrepere, ac alij quidem ex saccosis illis cæcisq; Rabinis contendant, amplum illud coli intestini initium saccum, aut ut ipsi loquuntur, orbem & monoculum esse: alij uerò asserant, cæcum intestinum ob secãdi imperitiam à nobis minimè obseruari. Neq; uerò in cathedra hæc boasse contenti sunt, quum non desint qui de cæco intestino paradoxa conscribere, integrosq; libros, ut de duodeno intestino, commaculâtes, magnum operæ precium se fecisse gloriëntur, si nò unum cum ueteribus Græcis in cæco orificium esse, sed duo sibi proxima esse in mediũ adferant. Quæ si uiderint, aut imaginati rectè fuerint, ea demum sunt quæ in coli initio extuberãtiori uisuntur, ac unũ quidem forame ilei intestini terminus est, alterum uerò eius quod cæcum esse dico initium. Neq; est profectò cur minus credamus, gracilem illam intestini portiunculam mesenterio nò annexam, sed sibi ipsi in orbem cõuolutam, & fibrarum beneficio hærentem, in homine cæcum esse intestinum: quantumuis eam amplitudinem usumq; Galenus ipsi tribuat, quæ huic minimè adesse uisuntur, suas potius caudatas simias hac appendice destitutas, quàm homines describens: quos tamen ueteres illi aggredientes, appendicem hunc intestini cæci nomine procul dubio donabant. Deinde Galeni descriptio cani fortassis accommodari hinc posset, cui cæcum intestinum multo quàm homini cõtigit amplius, neque in illo, ut in homine, inane propemodum reperitur. Quin etiam ueras glires & sciuros cæcum hoc intestinum adeò amplum nactos scimus, ut amplitudini ipsorum uentriculi facile respondeat, sæcibusq; turgidũ in sectione obseruetur: atq; hinc constat gracilem hunc appendicem in homine cæcum esse, quum uidelicet ductu ac situ & forma pariter (licet nò amplitudine) illorũ animalium cæco intestino his congruat, unumq; (unde etiã cæcum primò dictũ est) nanciscatur orificiũ. Insuper summus profectò Naturæ admirator Galenus, si hominis intestina unquã ita ut canũ intuitus fuisset, hunc appendicẽ, & extuberãt illud in homine coli initium, ileiq; cum ipso unitatẽ, & coli formã, longè secus descripsisset. quippe si aliud homo cæcũ nancisceret, eum appendicẽ minimè præterisset Galenus, quanq; ortu nò nihil in homine & cane uariet. nã etiã si utrisq; in dextro ileo colloceat, hominis tamẽ cæcũ ex sinistra magis coli initij sede q; dextra, ut in canibus, ut & Galenus attestatur, principiũ ducit. Porrò si cũ nònullis, qui secãti mihi astiterunt, in homine quidem ad eũ usum quem Galenus ei tribuit, appendicẽ hunc à Natura primũ formari dicerem, & ob nimiã hominum ingluuiẽ ex ileo intestino à uentriculo confectum succum absq; eo ut is totus cæcum subintret protrudi, atq; hinc appendicẽ in nobis tanq; inuile & marcidũ, aliter fortè q; in temperatis Galeni hominibus, pendere affirmarẽ, ad nugacem illam tergiuersationẽ deueniendũ foret, qua alios tum fuisset homines fateremur, præcipuẽ quum amplum hoc coli intestini initium in homine cæci intestini usum abundè suppleat, & notæ duntaxat gratia cæcum in homine haberi uideatur. In dextro itaq; ileo ad humiliorem renis dextri sedem extuberans illud amplum & rotundum coli principium habetur, quod hinc sensim rectã ad iecur sursum contendit, iecoris que cauæ parti nonnihil substernitur, ac bilis uesiculam in homine contingit, cuius etiam contactu flauo colore hinc intestinum quandoq; tingitur, inde ex dextro latere secundũ inferiorem uentriculi sedem in sinistrũ fertur, uentriculi fundo attentum: haud tamen, ut alijs uisum est, eum conscendens: aut ut uulgò dicitur, uentriculi fundo superequitãt. Quum primum uerò ad sinistri uentriculi latus pertingit, super demissiore

*Fundulum à fundo,
et reliquis partibus sed ex
sola apertura. Ab hoc
est tu φλόν τίνον*

*n 7, 8 fig. M
in N.*

*o 7, 8 fig. M
p 7, 8 fig. O.*

*q 6, 7, 8 fig.
O. 10 fig. F.*

*r 6, 7, 8 fig.
gu. N.*

*s Sumi Ort
Mad N fig.
7, 8 fig.*

*t 20 fig. T.
u 6, 7, 8 fig.
gu. N.
x 6, 8 fig. ab
N ad P.
y 20 fig. H.
z 6, 8 fig. d
P ad Q. in
sexta secun-
diam F. E.*

missiorem^a lienis partem anfractus quosdam leuiter inflexos obtinet, ac paulatim supra^b sinistrum renem per ilium sinistrum decliue fertur, secundum peritonæi latus ad pubis usque os^c descendens. ^d Hinc rursus ad sinistrum latus quasi ad umbilici sedem ac anfractum (quem à medicis propter suos clysteres, quos ad gracilia usque intestina sese infundere arbitrantur, colicosque cruciatus perpendi melius optarim) hinc constituens, super ossis sacri initium tenditur, ^e à quo recta deorsum ad podicem usque descendit, in^f uiris quidem sub uesica, in^g mulieribus uero sub utero ossi sacro & coccygis instratum, huic intestino, ab ilei intestini fine ad podicem usque pertinenti: & si par undique propemodum, præterquam in initio, ubi multo capacius apparet, sit amplitudo, figura tamen ductuque uariat, ac proinde tanquam in duo intestina subdiuiditur, ut^h quicquid à dextro ilio super dextrum renem sub iecoris cauo, deinde secundum uentriculi fundum ad lienem properat, & hinc rursus super sinistrum renem uersus pubem fertur, ac alium anfractum supra internam ossis ilium sedem faciens, ad sacri usque ossis initium proripit, Latinis pariter ac Græcis colum intestinum appelletur. ⁱ quod uero ab osse sacro ad anum usque pertinet, Græcis ἀπὸ τοῦ σφαιροειδὸς & ἀρχῆς dicitur, Latinis longæon, rectum, & princeps. Colum enim in hominibus, aliter quam in canibus, non ad amussim teres est, uerum per uniuersum ipsius ductum superius inferiusque^k depressum uisitur, ad latera utrinque quadam serie, uelut in^l medios globos cellulasque extuberans. Atque hæc figura eo minus conspicua sit, quo colon recto intestino uicinius accedit, quod exacte teres, non autem coli modo depressum extuberansque cernitur. Ambo itidem ut cæcum quoque tunica extruuntur^m duplici: quarum, ut in gracilibus intestinis, interna exteriori neruosior membrana ue magis & durior est, uerum colon utramque tenuiorem gracilioremque quam rectum obtinet: & quanto colon recto magis conterminum est, tanto quoque ipsius tunicae crassiores meliusque nutritæ conspiciuntur. Interna utriusque intestini tunica transuersis circularibusque fibris, iisdemque frequentissimis solum abundat: externa uero in colo intestino transuersas quidem nanciscitur, sed & rectas quoque quamplurimas exigit, non quidem secundum uniuersam intestini superficiem protensas, sed duntaxat inferius & superius ubi colonⁿ depressum esse diximus. Secundum enim eas coli impressiones rectæ fibræ protenduntur, & coli tunicae ibidem sunt robustissimæ, admodumque spissæ, & ut Galenus in quarto de Partium usu, de pluribus animalibus innuebat, colon fortibus ligamentis utrinque singulis constringitur, secundum longitudinem desuper ad inferna porrectis. quod me Hercule & homini Galenus ascripsisset, nisi ipsius intestina canum intestinis eiusmodi ligamentis carentibus respondere putasset. Porro exterior intestini recti tunica per totum intestini ambitum rectis fibris admodum frequentibus passim abundat, adeo ut hæc plures rectas quam orbiculares sortiatur. Cæterum tertia^o crassorum intestinorum tunica, quemadmodum & gracilium tunica tertia, à mesenterio ipsis uasa porrigente pendet, hoc enim caue intestinorum sedi applantatum, in tertiam ipsorum tunicam degenerat. quanquam coli intestini pars, uentriculi fundo attenfa, priuatim in hominibus ab^p inferiori membrana omenti tertiam asciscat tunicam, quod hæc coli sedes eius membranæ beneficio dorso ita affirmetur, atque reliqua intestina mesenterij interuentu dorso colligari nouimus. Coli itidem & recti intestinorum uenæ & arteriæ, quas pauciores hæc quam intestina gracilia exigunt, à portæ & magnæ arteriæ ramis pendent. Colo quidem intestino toto progressu, qui à dextro ilio ad sinistrum ferè renem pertinet, arteriæ uenæque, quemadmodum ieiuno & ileo, implantantur, ex alto scilicet sursum seriatim conscendentes, ac parti ipsius inferiori à sinistro rene ad rectum usque intestinum ductæ, & ipsi quoque recto uenæ arteriæque, quemadmodum^q duodenon porriguntur. ^r Vna enim insignis uena à portæ ramis in mesenterium excurrentibus, & arteria etiam ab^s illa principium ducens, quæ ab arteria magna ad mesenterium seu uasorum seminalium exortu depromitur, secundum dictam coli partem & rectum intestinum mesenterio suffultæ, recta protenduntur, ac in progressu furculos seriatim unoque ordine intestinis offerunt. Verum de uenis ac arterijs in mesenterij descriptione rursus pertractabitur. Nervos autem crassiora hæc intestina cum gracilibus communes habent, & utraque lento uiscidoque humore intus oblinuntur: ac uti obesorum uentriculi adipem, aliquando satis etiam copiosum intus adnatum exigunt, quemadmodum & exteriori superficiem coli intestini, quæ id recto proximum est, & ipsi quoque recto, pingues quidam appendices adnascuntur. Intestinum rectum^t musculos uoluntariæ faciæ excretioni præfectos sibi priuatim uendicat, quos quum in secundo libro persequutus sim, non est necesse hinc quoque eosdem recensere. Sed admirabilis potius Naturæ industria hinc consideranda uenit, quæ ea omnia adeo diuine machinata est, nec quicquam nisi ad summum usum in intestinis extruxit, primùm & potissimùm

Crassum intestinum in colo & rectum diuidi.

Coli à recto differentia.

Crassorum intestinorum tunica.

Coli & recti uenæ ac arteriæ.

Nervi.

Adeps intestinis obnatu.

Recti intestini musculi.

Intestinorum munus, ac deinceps eorum constructionis ratio.

ea

46 fig. G.
b 10 fig. V.
c 6, 8 fig. d
Q ad R.
d 8 fig. ab R
ad S. & in
de ad T ac
Y.
e 8 fig. ab
Y ad a.
f 11 fig. *
sub r.
g 24 K sub
L.
h 8 fi. ab N
per P, Q,
R, S ad T.
i 8 fig. ab Y
ad a.
k 6, 8 fig.
V, V.
l 6, 8 figura
X, X.

m Has partes ex 9 fi.

n 6, 8 fig. V, V.

o 9 fig. k, k
educit l super i & h.

p 4 figura
c, c.

q 12 fig. h.
r secundum
H fig. 10 &
12 fig. r.
s fi. ca. 5 li. 3
c ad d, d,
e, e.
t fi. ca. 12 li.
3 2.

u 8 fig. a, b,
c, d, et fi. ca.
5 li. 2 E, B,
C, D.

ea efformans, ut horum beneficio quicquid esset succulenti in cibo uentriculi opera elaborato, id ad iecur sanguinis officinam duceretur. Deinde ut faeces & quæ suctui inepta essent, debite excernerentur. Postremum etiam coquendi alterandiq; uim modica non nihil intestina prodesse, Natura uoluit, ut à uētriculo scilicet prius confecta absolutius paulum emutarentur. Atque ad hos sanè scopos illa respiciens, intestina artificiosissimè fabrefecit, quod enim præcipuè neq; gratia educationis excrementorum, neque concoctionis, sed ut id quod in cremorem uersum est, per uenas assumptum in iecur totum deferatur, intestina ad eum quem diximus modum, fabricata sint, coniectare licet permultis. Primò quidem, quòd in nullo animali constructus sit uentri- culus illis organis contiguus, quibus egerendo idem expurgatur. quamuis non impossibile esset, uentriculum ad anum usque extendi. Deinde, quòd plurimis animalibus intestina in mul- tos frequentesq; gyros & anfractus inuoluuntur. Postremò, quòd constet uentriculum cibum non antea demittere, quàm perfectè illum confecerit. Uentriculum igitur sedè non esse conti- guum, aut illi recto saltem meatu ductu ue iunctum, liquidò demonstrat, aliud concoctio- nis esculentorum, aliud uerò redditionis digestionisq;, aut ut Græci dicunt, *ἀναλώσεως* orga- num fieri oportuisse. Quippe si idem omnino existeret, metuendū esset, ne frequēter uenæ cru- dum in cōcoctumq; assumerēt cibum: qui postmodum à iecore malè confectus, homini inutilis noxiusq; foret. Sed & redditionis instrumentum, quod non rectà à uentriculo ad anum exten- ditur, sed quàm plurimis orbibus & anfractibus spirisq; (ne ocyus hominis nutrimentum non exuctum elabatur) inuolutum uisitur, nunc dicta confirmat. Si enim alius uenter uētriculo suc- cederet, essetq; ille redditionis, sicut hic concoctionis est, promptuarium, nequaquam exiguo tempore & plurimum alimenti per uenas frequentes in iecur susciperetur. Nuncautem per in- numeras uenarum soboles, ex uarijs illis copiosisq; intestinorum anfractibus, quicquid succu- lenti à uentriculo confectum est, in iecur promptè transsumitur. Aliàs uerò si raris uenarum o- rificijs parum cibi in cremorem uersi, continuò incideret, tarda & diuturna succederet dige- stio: quum necessarium sit, ora uasorum elaboratum succum tangere. Si uerò alter magnus uenter priori subtenderetur, cibus omnino modicam eius uentris sedem tangeret, solam nimi- rum eam cui proximus attiguusq; suis parietibus esset. Plurima uerò cibi portio, quantacunq; scilicet esset in profundo, seu medio eius uentris spacio, uenarum apprehensiones suctusq; ef- fugeret. Sed nunc demū transitus angustia cibum in exiguas cōminuens particulas, cogit ut is propemodum totus tangat intestinorum tunicam, ad quam uenæ suis osculis hiant. Et si quid in transitu primianfractus, uasorum ora in internam intestinorum sedem hiantia effugerit, per secundum quidem tangit: & si hunc præterlabatur, tum omnino per tertium, aut quartum, uel alium eorum anfractuum qui frequentes numerosiq; subsequuntur, ut tandem nullus effu- giat, aut lateat, aut excidat cibus ad nutritionem utilis, quando lege Naturæ & morbo liberum corpus dispensatur. Intestinorum itaq; anfractus, ut quicquid succulenti humidisq; in confecto à uentriculo cremore esset, uniuersum distribuatur, comparati sunt. Et id præcipuè tenuium intestinorū munus est. Crassa enim, & si ipsa quoq; ad succorum distributionem conducant, peculiariter tamen eò conferunt, ne continuò, sed per longa interualla egeramus. Hæc enim tanquam uenter aliquis siccis excrementis, uti uesica urinæ, subiiciuntur: unde etiam inferio- rem uentrem ea nonnulli appellarunt. In his namq; excrementa ita colliguntur, ut repente uni- uersa simul educi queant: ita tamē, ut & hinc aliquis homini usus accedat, quippe si gracilium intestinorum suctum aliquid præterfugerit, quum longiori mora excrementa in crassis intesti- nis resideāt, ipsorum uasa id exugunt. Ad hæc, quo maior adhuc esset cōmoditas moræ cibo- rum per eos anfractus delabentium, quandam alterandi concoquendi que uim toti intestino- rum generi Natura indidit. Quamuis quum prorsus impossibile sit, non adesse unicuique animalis particulæ uirtutem quampiam alteratricem, & non absit longè, parum que à uen- triculo intestinorum substantia; necessarium sanè est, & uirtutem alteratricem ijs inesse, & uen- triculi uiribus consimilem, & proinde in ipsis quoque intestinis cibum concoctionem ali- quam suscipere est quàm manifestissimum. Quod autem commemoratis iam usibus, quæ de intestinorum constructione suprâ scripsi, omnia competant, obiter quoque nunc subne- ctam. Hæc itaque ad uentriculum statim, à quo cibum accipiant, opportunè locantur. ^x Duo- denum uerò etiam si id fuisset utile, in nullos tamen anfractus ducitur, quòd sub uentriculo, quâ fertur, nullam omnino uacuum sedem obtineat, in qua aptè in gyros flecti queat: de- inde quòd ^y portæ uenæ à iecoris cauo prodeunti cedere oportuerit. Ieiunum uerò & ilium mediam uentris sedem iustissimè occupant, quòd inibi mesenterij ^z centro sint proxima, breui- simo que ductu & uenæ portæ rami, & arteriæ magnæ propagines illis hîc diffundi possint. Porro de ^b coli situ nimis quàm miserè se torquent dissectionum professores, quòd id quum

Situs intes-
tinarum ratio.

x 7 fig. ab I
ad K.
y 12 fig. b.
z 7 fig. a K
per uarios
anfractus,
tādē ad M.
a 10, u fig.
L, L.
b 6, 8 fi. N,
P, Q, R, T.
excre-

excrementorum uelut quoddam sit promptuarium, ad uentriculi fundum iecoris que cauum porrigi conspiciant. ac alius quidem quia id fæces continet, innato que calore destituitur, ad uentriculum ferri uult, ut illius uicinarum que partium contactu maiorem concoquendi uim assumat. Alius sub iecoris cauo colon deduci contendit, ut ex bilis uesicula in illud refudans bilis, incitando excrementorum egerendi uim felicior reddat. Alius aliud comminiscitur, & interea nemo animaduertit, colon mesenterij centro non admodum debere uicinum esse, neque id uenæ portæ ramos cauo iecoris proximos oportuisse assumere, quum parum quod exugi deceat amplexetur. Vt itaque grandior dexterue uenæ portæ truncus breuiori ductu gracilibus intestinis insereretur, ac succinctiori uia cibum ad iecur transferret, colon intestinum gracilibus cedit, ac ueluti per distantia maximè à mesenterij centro loca procedit, atque hac etiam occasione id præcipua sua portione sinistram corporis sedem occupat. Rectum autem intestinum illic commodissimè reponitur, quò opportunè paulatim asseruata egerere tandem queat. Forma autem tereti in hoc intestina creantur, ut sint capaciora, minus que iniurijs occurfantibus exposita. At angusta sunt gracilia intestina, ut minima cibi portio ab ipsorum tunicis, adeo que ipsorum uasis tangatur. Crassorum intestinum magna est amplitudo, ut multa colligere possint, ac ne frequentius egeramus opitulentur. Substantia constant, facile quæ continet amplectente, & rursus à contentis distendi apta. Duplicem uerò exigunt tunicam, ut iniurijs innoxie ferendis magis sint idonea. nam interior aliquando in intestinum difficultatibus, alijsque diuturnis affectibus putrescit, exterior salua: unde & ægri nonnulli euadunt. Porrò interior gracilium musculorum tunica interiori uentriculi tunica mollior est, quòd nulla aspera intrita ue illa, sicut hic, recipiant. Exterior uerò intestinum tunica interiori uentriculi minus carnosæ est, quoniam digestionis potius quam concoctionis organa sint. Cæterum tunica crassorum intestinum tanto gracilium intestinum tunica interiori durior est, quanto illa materiam continent durior, & à succo magis liberam. Quandoquidem quæ gracilibus continentur intestinis, liquida, fluida, aquea que adhuc sunt: quæ autem crassis, dura. Intestinum tunica utraque transuersas fortitur fibras, ut ocyus quod in illa defluit propellant, itaque cito uniuersus succus ad iecur exugatur. At externa recti intestini & coli tunica, præcipue quoque rectas fibras obtinuit, ut hæc uelut uinculum circularium fibrarum efficerentur, ne fortè quum illæ dura excrementa crebrius protrudunt, inuicem abscedant diuellanturque. atque hac potissimum occasione recto intestino, ut quod sicciora excrementa amplectitur, eius generis tribuuntur quamplurimæ. Quamquam fortassis non ob id solum ut transuersas colligent, rectæ fibræ huic offerantur, sed etiam ut recrementa alioquin non admodum sequacia illæ attrahant. Tertia intestinum tunica secundæ uelut propugnaculum est, & copula, cuius beneficio intestina mesenterij interuentu dorso colligentur. Cæterum uenæ arteriæ que (nam & hæc ex intestinis aliquid elicere creduntur) non omnibus pari numero ac frequentia distributæ sunt, quod non in omnibus intestinis eadem exugenda succorum copia sit. Quo enim intestina uentriculo in continuitate uiciniora sunt, eo plus optimi cremoris continent, ac proinde frequentiora uasa gracilibus intestinis deferuntur, pauciora crassis. & pari hac ratione pauciores uenæ uentriculo, quam tenuibus intestinis inseruntur: quoniam qui in ipso continetur cibus, non semper plenè confectus mutatus que est. Neruis autem intestina donantur, ut infestantes humores dignoscant: quandoquidem si sensus penitus essent expertia, nihil obstaret, quin ex flaua bile, aut alio mordaci succo intestinum penitus subinde corroderetur, priusquam homo sentiret. iam uerò bilis meatus in duodenum insertus, intestina bilis influxu stimulans, eorum actionem uehementer adiuuat, ac pituitam ipsis incidentem expellit. Atque hæc præcipua, præter succi tenuitatem, causa est, cur ieiunum intestinum suum quem continet cremorem ocyus quam reliqua transmittat. nam dum bilis adhuc cremori non mixta, intestini lateribus adfluit, sua acrimonia id magis stimulans, ad ea quæ continentur uelocius propellenda inuitat. Reliquæ enim inanitatis ieiuni causæ, ut succorum optimorum copia, frequetes uenæ, proximus iecori situs, & ante hæc omnia deorsum recta tendens intestini ductus, & liquidissimus adhuc succus, duodenum magis ieiunum esse, uti sanè etiã reperitur, documento sunt. Quanquã bilis in ipsum influens, & illud quoque ad subitã excretionem irritat impellitque. Sed de bilis natura, ipsius meatibus, suo postea loco accuratius pertractabitur.

*Intestinum
formæ ratio.*

*Substantiæ.
Tunicarum.*

*Fibrarum
ratio.*

*Venarum ar
teriarumque ra
tio.*

*Neruarum
ratio.*

*Vesiculae bi
lis meatus in
sertionis ra
tio.
Quamobrem iei
unum intesti
num cremore
ocyus trans
mittat.*

DE

cf. ca. 5 lib.
3 G.

d 9 fi. h
i, quibus ob
ducitur po
stea L. à
h, fi.
c 17 fig. m.

f Spectatur
id fi. 10.

g 13 fig. c
ad d.

MESENTERIVM inter ceteras figuras ostendit undecima, mox decima & duodecima, & non perfunctorie uigesimaquarta. uti ex illarum figurarum Indicibus colligere promptum est.

Mesenterij
nomenclatura.



Ipsius situs.

Substantia.

Forma ac

ortus.

In li. de Secti
one uenarum
& arteriarum.

Substantia me
senterij ratio
ac usus.

Lib. 6. de Ad
min. dissectio.

ORPVS Græcis *μεσεντεριον*, & *μεσοδωραον* nuncupatum, Gaza in Aristotelis historia de Animalibus lactes appellauit. Cicero autem in tertio de Natura Deorum intestinum aliquod ita uocari arbitratus, medium intestinum uertit: quod quum falsum sit, neq; lactes idem omnibus significant, & medianum recepta parum uox uideatur, à Græcis nō inopportune uocem mutuabor. Mesenterium itaq; ad posteriorem intestinorū sedem locatum est, uinculum, cuius beneficio intestina inuicem ut ad dorsum colligarentur, tuturum. Vt uerò id tantū homini usum securius præstet, dura membranaq; constat substantia. Ex^b duabus enim mutuò attensis & accumbentibus membranarum à peritonæo originem ducentibus, mesenterium conformatur. Non quidem ex una eademq; peritonæi sede his membranarum origo est, uerūm ex uaria, pro mesenterij ipsius nimirū forma, quam ferè intestina fingunt, à mesenterio colligata. Nam ut nō intestinorum omnium par anfractuū ductus est, ita quoq; non eadem undecunq; mesenterij effigies. Quam forsità Galenus animaduertēs, etiam si omnino continuū mesenterium sit, nihilo minus tria mesenteria quodāmodo recēsuit. unum quidem dextrū, alterū uerò sinistrū, tertiū autē medium inueniens. Ac Galenū quidem medium mesenterium appellare arbitror mesenterij partē, ieiunum ileumq; intestina dorso colligantē: que angusto orta principio, in miram amplitudinē latitudinemq; ducitur, ut omnibus ieiuni ileiq; intestini connasceretur anfractibus. Dextrum uerò & sinistrum appellare potuit, quod colon intestinum, & rectum dorso alligat, dextrum quidem in dextri illij regione, sinistrū uerò in sinistri collocans. Mesenterij itaq; pars gracilibus intestinis peculiaris, similē omnino cum inferiori membrana omēti sortitur exortū. Ex^s magnæ enim arteriæ & uenæ caue tunice, quas ea uasa secundū uniuersum suum per lumborum uertebras ductum à peritonæo obtinent, membranae fibre admodū frequentes exurgunt, statim in duas degenerātes membranas, dextræ quidem in dextram, sinistrae autem in sinistram. Hisce membranarum mutuò adnexis, mesenterij pars gracilia intestina dorso colligans efformatur: partes autem colon & rectum dorso connectentes, ab illis peritonæi regionibus principium ducunt, secundum quas hæc intestina exporriguntur, peritonæo semper fibras quasdā quæ in mesenterij membranas degenerent, illic emittente. Neq; profectò mesenterij substantia in hoc solum quo ualidius intestina dorso adnecteret, membrana est, uerūm etiam alterius magni cuiusdam usus gratia, quo^h uenas omnes ex iecoris porta, & arteriæ propagines à magna arteria ad intestina excurrētes tutò colligaret, ac ne illæ dum homo salit aut cadit, contundantur & dirumpantur, tutò secureq; admodum suffulciret. Grandior enim uenæ portæ truncus, quā mesenterium iuxta renum regionem à dorso pronascitur, inter duas mesenterij membranas ducitur, arteriā habens comitem, quæ à magna arteria priusquam hæc ad renes ramos dispergat, in hoc ut in intestina diffundatur, originem ducit. Huc quoque pertingunt^k duo nerui, utrinq; nimirum singuli, ab illis pronati ramis, qui à sexto neruorum cerebri pari costarum radicibus exporriguntur. Adeò ut ingens is uenæ portæ truncus, & dicta nuper arteria cum duobus illis neruis simul mesenterij^l centrum subeant, atque inter duas ipsius mesenterij mutuò cohærentes membranas ingrediantur, ac tutò postmodum per uniuersam mesenterij sedem numerosa sobole ad intestina perferantur. At præter commemoratam arteriam, alia quædam magnæ arteriæ propago eam mesenterij partem ingreditur, quæ sub renum regione à dorso principium obtinet, atque huius propaginis^m exortus paulo sub feminalium arteriarum principio à magna pendet arteria. Venas autem nullas præter dictum nuper uenæ portæ truncum, mesenterium admittit. Neque satis assequor, quid Galenus sibi uelit, quando intestinis, ipsiq; adeò mesenterio uenas offerri testatur in iecur non terminatas: & dum alibi, à caua intestinis ramos quosdam propagari commemorat, quod sanè falsissimum esse uel sectio ipsa luce clarius tibi demonstrabit: etsi nulla alia, saltem illa in qua portæ uena, & quos dixi, arteriæ ramis uinculo interceptis ac resectis, intestina simul cum mesenterio in uiuente adhuc animali à dorso auelluntur. Hæc enim si quis esset uel capillaris ramusculi à caua uena ad intestina exortus, sanguinem tibi ex illo profluentem ostenderet. Porrò in canibus duplicem mesenterij membranam adinuenire non adeò promptum est, quòd illis macilentius obtigerit mesenterium, cuius membranæ inuicem omni ex parte (nisi quæ uasa admittunt) perinde ac si simplici membrana mesenterium constaret, connatae uidentur.

a Vti uide
re est in 10
fig. 12.

b 24. fig. F
una, altera
G, G. sic
u. fi. X, Y.

c u. fig. N,
N, O, O.

d u. fig. P
uerf. Q. 12
fig. m.

e u. fig. R,
S, T.

f 4. fig. e, e.
g 25. figura
P, Q.

h fi. ca. 5. li.
3. G, b, b.
12. fi. h.
1. fi. ca. 12. li.
3. li. a.

k 2. fig. ca. 2.
lib. 4. 1. a.
l 10, 11. fi. L.
L. 12. fig. h.

m 25. figura
f. sub f.

funtur. At in homine binæ mesenterij membranæ inuentu sunt perquam faciles, ac multa intercedente pinguedine inter se distāt. Vt enim homo copiosa undecunq; abundat pinguedine, sic mesenteriu quoq; præpingue adipiscitur, sanguine hîc ex uasis resudante, membranarumq; ui in adipem mutato, ita ut præter uasa & neruos multum adipem mesenterij membranæ in sui medio contineant. Sed præter adipem aliud quoque mesenterio accedit. nec enim sat esse uisum est Naturæ sagaci, frequentem illam uasorum sobolem mesenterij membranis cōtineri, quin glandosum corpus, Græcis *παχυκρεας* & *λεπτικρεας* dictum, singulis uasorū scissionibus, ita undequaq; substruxit simul & circumposuit, ut nulla ipsarū inualida fieri, aut per motum quassari posset: nō ignorans, quiduis suscipiendis noxis opportunissimum esse, ubi in ramos ducitur. Ac proinde ad mesenterij quidem " centrum, ubi prima uasorum fit distributio, grande corpus glandosum extruitur, insigniores ac primos uasorum ramos securè admodum deducens. Per reliquam uerò mesenterij sedem, singulis propè uasorum diductibus Natura ° glandulam quoque aliquam interiecit, diuisionis robur simul ac firmamentum futuram. Adeo ut simul glandulis illis accedentibus, mesenterij membranæ uasa uersus intestina tutissimè deferant, intestinaq; omnia dorso quamaptissimè colligent, ac demum ^p tertiā intestinorū tunicam efformēt. Quum enim mesenterij membranæ uasa ad cauam intestinorum partem deducunt, ipsis intestinis simul cum uasis adnascuntur, atque hîc inuicem abscedentes singulæ per suum in intestina latus ascendunt, ac in tertiā intestini tunicam degenerant, hac occasione fortius intestina ligantes, & ualidius uasorum propugnaculum constitutæ.

Mesenterij
adeps.

Glandes.

DE IECORE. CAPVT VII.

IECUR pleraq; ostendunt figuræ, uerum inter cæteras duodecima & uigesima cauam ipsius sedem imprimis spectandam offerunt. Gibbam uerò proponit decima octaua, & aliqua etiam ex parte secunda, sexta, ac uigesima secunda, & uigesima quinta, quæ & caue regionis nonnihil exprimunt: quum in his iecur ita collapsum sit, ut extra naturalem situm id anteriore ipsius sede sursum in duodecima & uigesima protrusimus, quò caua ipsius sedes integra in conspectum ueniret.



IECUR nutritionis organorum facile præcipuum, & sanguinis crassioris officina, animæq; cibos ac potus quæ que corporis naturæ necessaria sunt, appetentis fomes, elatissimam ei ministrantium partium regionem obtinuit. Sub irascibilis enim & iam dictæ concupiscibilis animæ septo iecur statim ^b collocatur, maximam inferioris septi sedis regionem occupans. Etenim totam dextram septi partem contingit, parum admodum illius partis intactum relinquens, quæ septum undecimæ duodecimæq; costis adnascitur, suaq; ligamenta quibus uertebis colligatur porrigit. Mediæ autem septi parti uniuersæ iecur subtenditur. Sinistræ uerò parti non itidem, quanquam huius magnam quoque sedem teneat, totam uidelicet anteriorem ad eam usque partem, qua sinistrum septi latus costarum medio (quod ab ipsarum radicibus ad finem usque eorundem metior) incumbere incipit. Et profectò longè magis quàm nostris uisum est medicis, in sinistrum latus iecur ^d pertingit. Neque uerò septi transversa latitudinem ullibi excedit, nisi quod paulo demissiùs, quàm ^c mucronata consistit cartilago plerunque, & potissimum arctato thorace pertingit. Porro humanum iecur maiorem sui portionem in dextro latere extensam habet, propter ^e lienem, qui ipso dignitate multò inferior, sinistram sedem erat occupaturus. Vt igitur corpus redderetur æquilibre, sagax Natura minorem iecoris partem in sinistra deduxit, quod aues manifestò attestantur, quibus iecur propemodum æqualiter in utrunque latus consistit, ut & canibus. His enim quia gracilis, neque ponderosus admodum lien contigit, magna iecoris portio in sinistram fertur. Vt cunque tamen deducatur iecur, etiam si sub septo locetur, eam sedem perpetuò exigit, quæ costis succingitur, adeo ut cibi organorum situs magnam rursus Naturæ ostendat prouidentiam. Quum enim abdomen propter ea quæ extendi subsidereq; crebrò debent organa, ossibus destituatur, Natura eas partes quarum gratia illud ossibus carere uoluit, ab iniurijs minus textit: reliquas uerò hac extensione non indigentes, tutissimè condidit. ^s Atque ita peritonæo inter dissecandum aperto, primùm occurrunt, uentriculus, intestina, uesica, & uterus. Verum iecur, lien, renes, uena caua, & arteria magna tutiùs reconduntur. Iecoris forma uaria est, & suis quibus accumbit organis respondens, non aliter quàm si id nullam peculiarem exigeret formam, & sibi à uicinis partibus, instar fictilis terræ, quamuis effigiem

Iecoris situs

Situs ratio.

Iecur maxima ex parte costis succingitur, muniriq;.

Iecoris forma.

110, 11 fig. l. l. 12 fi. l.

110, 11 fig. M. sed ma. xime in 24 fig. ad F. F.

G. G. p 9 fig. h. h. constituit L.

a 7 muscul. tab. d. b Videtur in 2, 6, 12, 20, 22, 25 figuris, & ultima quoq; fig. lib. 3. c 7 muscul. tab. o. p.

d Ad O fig. 12, & ad C fig. 20. e 6 figu. sub A habetur D. D.

f 20 fig. O. O. P.

g confer 2, 6 figur. 20, 22, & 25.

indi sineret. Nam & supra, & retro omni ex parte qua septumⁿ spectat, gibbum læueq; admodum uisitur, nullis omnino extuberans processibus: & cauitati septi, quæ in inferiori ipsius sede necessarioⁱ constituitur, ad amissim congruens. Videtur enim iecur uelut gleba illi inferiori septi sedi impressum fuisse, ac ab ipsa hîc formatum.^k Ne uerò uenæ caudæ caudex secundum posteriorem iecoris sedem protensus, aut huius grauitate, aut septi transuersi motu comprimeretur, tantus sinus in posteriori iecoris sede exsculptus est, quantus amplectendo innascendoq; caudæ caudici sufficiat. Cæterum^l inferiori sede iecur admodum amicè uentriculo cedit, ac ab illo (quem rotundum secundumq; corporis latitudinem oblongum necessario^o procreatum esse diximus) cauum efficitur: & læue quidem hîc existit, sed non undecunque processibus^m tuberculibusⁿ ue & sinibus liberum. Quemadmodum enim organa quibus iecur caua sui parte incumbit, simplici quadam superficie neutiquam gibba sunt, ita quoque iecur unica superficie haud sinuatum est, sed rupis præcipitio aliqua ex parte accedit. Quà nanque^p duodenum exporrigitur intestinum, & uena^o portæ à iecore prodit, iecur quodam^p tubere prominet, sedem quam hîc uacuam reperit adimpleturum. Præterea ubi bilis^q uesicula caudæ iecoris regioni innascitur, sinus in illa exculpitur, medium eius uesiculæ corpus eleganter excipiens. Ad hæc, iecur quoque ea parte^r sinum adipiscitur, qua stomachum tangit, ipsiq; septum transeunti, & superiori orificio uentriculi continuando, locum præbet. Adeò sanè ut iecur nullam peculiarem formam obtineat, sed eam quæ à conterminis partibus ipsi imprimitur. Velut canum sectio pulchrè attestatur, in quibus iecur sinu suo superiorem dextri renis sedem concinnè admodum excipere cernitur. Atque hoc rectè à Natura factum est, quum iecoris munus nullam separatam propriam ue exigat figuram, uti uentriculus, intestina, uesicæ, & eius generis per multa, quæ amplam cauitatem eamq; unicam necessario^s obtinentia, opportunissimè rotunda effinguntur, & septum quoque transuersum ob suam functionem dilatando thoraci imprimis præfectam necessario^t, quam nunc fortitur formam, obtinuit. Iecoris enim substantia & uenarum per ipsum reptantiū series, facile tibi documento erunt, ad ipsius usum quo sanguificationis est officina, magnum id & crassum oportuisse fieri organum, ac interesse, utrum rotundum an oblongum, gibbum ue an cauum extrueretur. Iecur itaque superius posteriusq; quæ septum spectat, præter sinum uenæ caudæ caudici paratū, exactè gibbum & læue, sed quæ uentriculum amplectitur, omni propemodum ex parte cauum cernitur. Rursus ubi posteriori uentriculi sedi & dextro ipsius lateri attenditur, crassissimum est: quæ uerò superiori orificio uentriculi eiusq; sedi superiori uersus sinistrum incumbit, tenue apparet, & sensim hominibus illic in acutum fertur^u angulum. In dextra uerò parte rotundum quodammodo & orbiculare obseruatur, & nusquam tenuius est, quàm in ambitu, & præcipue in anteriori ipsius sede, ubi sanè tenuissimum uisitur, interdum inibi impressiones quasdam obtinens, sed omnes exiguas præter^v unam patulæ sectionis modo anteriori ipsius parti inductam, ac à mucronata peccoris ossis cartilagine parum in dextrum iecoris latus uergentem, & ueluti^w foramine quodam ad eam iecoris sedem penitus pertinentem, à qua portæ uenæ^x caudex principium ducit. Atque hæc sectio seu foramen est, quo umbilici^y uena humano iecori implantatur. Cæterum nos neque porcini, neque canini, sed humani iecoris formam nunc persequimur. Quæ enim dissectionum professores de eius forma ac penulis seu fibris (quas *λόβος* Græci uocant) commentantur, è canum potius & simiarum sectionibus, quàm hominum didicerunt. Humanum enim iecur in fibras, porcini iecoris modo nō discinditur, & multo adhuc minus ut caninum. Nam unicum cōtinuumq; præcipua ipsius substantia corpus hominis iecur est: canum uerò in quinque, nonnunquam in sex aut quatuor tantum partes est disiunctum, solarum uenarum interuentu inuicem continuatas. Porcis uerò in pauciores, uenis duntaxat hærentes: aut etiam in plures, si sectiones quoque impense altas fibrarum uice numerare lubeat. Atque hinc natum est illud medicorum ac Anatomes peritorum commentum, quo uentriculum à iecore quinque fibris manus apprehendentis modo, amplecti asserunt. Quin Græcorū nonnulli, nescio à quibus ut testantur mathematicis medicis nomina mutuantes, illis fibris priuata (uti apud Theophilum illum parum Anatomicum uidere est) imponunt nomina. Quatuor enim quum sint, inquit, iecoris fibræ, prima focus dicitur: maximè nanq; ad succi concoctionem facit, quemadmodum concoquendis cibarijs focus. Secunda mensæ nomen sortitur, quod mensæ uices gerat: nam membrorū alimenta in ipsa apponuntur. Tertia culter nuncupatur: diuidit enim, segregatq; inter se humores, aut si quid crassius distribuendū sit, id secatur atq; commutat. Quarta aurigæ nomine appellatur: nam naturales uires iam excoctos humores bene regunt, atque in melius rectà ducunt. Huiusmodi profectò eorum qui humanam fabricam imaginationibus,

Iecur nulla peculiari egiisse formam.

Humani iecoris formam à canū & porciorum iecoribus uariare.

h fig. 1. et
22 præci-
puè.
i 7 miscal.
tab. a.
k id totum
pete ex 18
figura.
l 12 fig. 1. R.
cedit P, Q.
m 12 fi. N.
N. 20 fi. G.
G.
n 15 fi. P.
o 12 fi. h.
p 12 fi. inter
N, N.
q 20 fi. H.
r 12 fi. o. ce-
dit R. 20 fi.
E spectat
F.

s 20 figura
iuxta C.

t Inter H,
H 2 figura.
u ad E 6
fig. & ad D
20 fig.
u 20 fi. qua-
si à Dad
G.
x 20 fi. I.
y 2 figura.
ad G.

tionibus, non sectionibus, aut brutorum potius quam hominum administrationibus discere conantur, nugæ figmenta^q sunt. Ac proinde exuto affectu omnes qui mihi unquam secanti altitere testor, me iecur in fibras aliquo pacto diuisum nunquam inspexisse. Neque est cur quispiam iecur duplici fibra constare astruat, propter^r scissionem seu foramen potius, quo uena ex umbilico proficiscens excipitur, aut ob eius iecoris^r portiunculam, sub ortu uenæ portæ extuberantem, fibris aliquot constare affirmet: si modò unquam uel per somnium animalia quibus iecur in fibras uti cani diuisum est, contemplatus fuerit, non autem hæc solùm læui negotio obseruabit, sed & animaduertet, quotquot hactenus uenæ cauæ exortum, & ad iecoris gibbum in duos truncos distributionē literis prodiderūt, ridiculè nugaciter^q admodum delirasse. De magnitudine uerò iecoris, quòd scilicet timidis gulosis^q maius obtigerit, & quòd iuxta proportionem homini, ut & cerebrum, inter reliqua animantia, grandius iecur datum sit, non præter rationem à quibusdam Anatomicis dictum est: quanquam nonnulli nostratum medicorum ipsdem crapula absumi iecur, seriò adeo^q cōtentiose affirmant, ut rerum omnium imperiti, & uulgo & sibi ipsis persuadeant, insignibus illis uini gurgitibus iecur ad nucis dun taxat molem reduci consueuisse. Porrò de iecoris substantia, uenis, arterijs, tunica, & ligamentis plerique rectè sentiunt. Per uniuersum enim iecoris corpus ad humiliorem eius sedem uenæ portæ^b propagines innumeræ diffunduntur, in superiorem uerò ipsius sedem uenæ cauæ^c soboles numerosè sparguntur: quas & ab earum ortu, in itijs^q, aut ab ea parte qua caudices uenarum constituunt, describere integrum est. Orbiculatim nanque (uti in tertio libro complexus sum diligentius) ex omnibus extremis iecoris partibus infiniti uenarum surculi, capillorum modo tenues prodeunt, ex quibus alij in elatiori uisceris parte, alij in demissiori habentur. Inferiores surculi paulatim inter se in alios paulò crassiores colliguntur, & hi rursus in alios. Atq; ita deinceps sensim ac tantisper coeunt, donec tandem omnes in iecoris cauo in^d unam uenam congregiantur: non equidem ut quispiam dissectionū fidens professoribus putauerit, in cauæ sedis centro, sed in humiliori eius parte, qua dextro dorsi lateri iecur proximū est. Hinc prodiens uena eos quos sæpe recensui ramos in bilis uesiculam, uentriculū, omentum, lienem, & intestina digerit. Sic ramorū qui superiorem iecoris sedem occupant, tenuissimæ soboles in grandiores paulatim, & hæc rursus in maiores, ampliores uel tantisper colliguntur, donec omnes in^e duos maximos ramos coeant, qui in anteriorem uenæ cauæ sedem, quā hæc iecori in nascitur, pertinent, præter aliquot etiam^f graciles surculos eidem uenæ cauæ sedi insertos. Neque rursus hoc in gibbæ iecoris sedis medio fit, sed^g in posteriori ipsius sede, qua septo incumbit potius quam adhæret, dum resupinatum hominem intelligimus. ^h In dictorum ramorum medio aliquibus in locis tenues graciles^q admodum deducuntur surculi, qui caui sunt, & uenarum corpore donati, in unum quoque caudicem mutuò collecti desinunt, in bilis uesiculam (uti post dicemus) deducendum. Quin & in humiliori iecoris sede, uti portæ rami in suum caudicem coaceruantur, ⁱ exiles arteriæ in corpus iecoris excurrunt, ab ea diffusæ, quæ dextræ sedi inferioris membranæ omenti à magna arteria offertur. His omnibus uasis rubra mollis^q adnascitur substantia, nuper concreto sanguini quàm similima, nisi quòd durior, & potissimum in iecoris gibbo cernatur. Hanc Erasistratus, quod uasis his & propaginibus circumfundatur, *ἡγερύουα* nuncupauit. Præfens substantia iecoris uasa continet, & amplectendo suffulcit, totam propemodum iecoris molem constituens. quæ perquam tenui obuoluitur tunica, à ligamentis pronata, quibus iecur peritonæo, quā id septo subditum est, affirmatur. Sunt autem hæc duo præcipua: ^k unum quidem densum & insigniter ualidum, sed membranæ modo tenue, quod peritonæi pars inferiorem septi sedem succingens, paululum à latere dextro mucronatæ cartilaginis educit, rectà ex anterioribus in posteriora protensum. ^l Alterum uerò, quā iecoris sinistra pars in acutum definit angulum, à peritonæo nascitur. hîc enim fortissimo & quodammodo tereti ligamento iecur peritonæo alligatur. Dein ^m quā cauæ uenæ caudex septum permeat, & dein secundum cauæ per iecoris posteriora deductum, peritonæum iecori adnascitur, ipsum^q peritonæum iecur colligat. Quinetiā cauæ iecoris sedi ubi portæ est principiū, omenti quoq; portio adnascitur. Præterea iecur anteriori peritonæi sedi (quod alijs animaduertendum fuerat Anatomicis) cōnectitur, beneficio ⁿ uenæ ab umbilico in ipsum iecur pertinentis. Hæc enim foetu è matre excluso arefcit, ac instar ualidè efficiē uinculi, ipsum, uti iam dixi, peritonæo colligātis. Porrò ex his omnibus uinculis quibus iecur peritonæo adnectitur, tenuem suā & sibi peculiarē sortitur tunicam, in quam duo quoq; inseruntur nerui: ^o unus quidem à sexti paris cerebri neruorū ramis, elatiori orificio uentriculi implātatis: ^p alter uerò ab alijs Anatomicis ignoratus, à sexti eius cōiugij propaginibus discinditur,

*Iecoris substantia.**Venarum series.**Bilis uesiculæ meatus in iecore.**Arteriæ.**Substantia uasis circumfusa.**Iecoris ligamenta ac ex illis pronascens tunica.**Nerui.*

2. si. inter
H, H. quæ in
greditur G.
4. 20. fig. in
ter G, G.

b. si. ca. 5. li.
3. A, A, A.
c. fig. cap. 6.
li. 3. A, A, A.

d. si. ca. 5. li. 3.
B, C. 20. fig.
gu. l.

e. Alter A in
figitur fi.
ca. 6. lib. 3.
f. si. ca. 6. li.
3. 4.
g. 18. si. inter
D. E. E.
h. in 13. figu.
X, X. habe
tur inter Z
et Y.
i. 20. si. L. et
fi. cap. 12. li.
3. t.

k. 18. fig. K. 2.
fig. l. 6. fi. C.
iuxta A. 22.
fig. d.
l. 18. si. G. 12.
O. 20. C.
22. c.
m. iuxta A,
A, B, B. 18. fi.
n. 2. fi. F. ne
ctebatur A
et B. atq; ita
H, H. ad A,
B.
o. 2. fi. cap. 2.
lib. 4. x. 12.
fig. T.
p. 2. fi. cap. 2.
lib. 4. *. 20.
fig. M.

Iecoris officium, ipsiusque structura ratio. Lib. 4. de V. su partium.

Qui iecoris perficiatur sanguificatio.

Primum sanguificationis organum.

Venarum seriei ratio.

Bilis meatuum situs ratio. Arteriae.

Nervorum.

Tunica.

ditur, quæ costarum exporriguntur radicibus. Hic in iecoris tunicam raris modicisque furculis dispergitur, priori in iecoris quoque substantiam pertinente. Et talis quidem uisceris huius fabrica est. quod autem ad usum ipsius partium attinet, sic sese ordine habent singula. Iecori quicquid humidum succulentumque à uentriculo conficitur, uenæ portæ rami ex ipso uentriculo & intestinis id depascentes, adferunt. Quod uerò ijdem rami priusquam iecori succulentum id porrigant, rudem aliquam sanguinis formam cremore seu succulento illi conferant, & ut Galenus attestatur, modo iecori similimo istud præparent, non facile concessero. Nam si uenis, non his solum, sed & omnibus cauæ uenæ propaginibus præter proprii nutrimenti alterationem, alia quæ toti subseruiret corpori alteratrix uis, quemadmodum uentriculo inesset, ea sanè non in rubrum, at in album quod à uenis amplecteretur, emutarent. si quidè alteratum in nutritione, alteratis colorem ut assumat, necessum est. Iecur itaque in omnes portæ ramos per substantiam ipsius digestos, quicquid humidum succulentumque uentriculus confecit, in se admittit, & substantiæ suæ ingenita uis alteratrice id emutans, sibi que quam similitimum reddens, sanguinem generat. Verum ut in omni concoctione, ita quoque in hac iecoris sanguificatione duplex fit recrementum. Alterum quidem tenuius, alterum uerò crassius. At satius fuerit ad similitudinem actionis & conuenientem euidentiam humido liquori iam quidem præcocto, & prius elaborato, indigenti tamen absolutiori adhuc concoctione succum assimilare, quem ex uentriculo & intestinis uenæ in iecoris cauum deducunt. Sit itaque uinum nuper ex uuis pressum, ac in dolia infusum, & quod ab insito innatoque calore adhuc elaboretur, secernatur, cōcoquatur & ferueat, eiusque excrementorum quod quidem est graue & terrestre (fæcem uocant) in fundum uasorum subsidat, alterum uerò quod est leue & æreum supernatet, hoc autem flos uocatur tenuioribus uinis innatans copiosum, sicut crassioribus fæx residet plurima. Ergo iuxta exempli huius similitudinem, succus à uentriculo & intestinis in iecoris uenas allatus, à temperie alteratriceque uis cōcoquitur, ac instar musti feruens ad sanguinis benigni generationem alteratur. In hac autem ebullitione, recrementum quantumcunque lutosum crassumque est, subsidet, & in lienem depellitur. Quod leue ac tenue est, spumæ modo sanguini innatat, & à bilis uesiculæ meatibus supra uenæ portæ ramos in iecoris substantia stratis assugitur. At humidum illud quod uelut uentriculi elaborationis aqueum existit recrementum, in iecur per uenas cum benigno ad sanguinis generationem succo assumptum, à sanguine nondum in iecoris cauo repurgatur, sed sui iam maximè præstans usum, nutrimenti uehiculum, ut Hippocrates ipsum uocabat, se esse eleganter ostendit. Sanguis enim in iecoris cauo confectus, exilibus è portæ uenæ furculis ad cauæ uenæ ramulos uersus iecoris gibbum procedit, ad cuius per angustissimos ductus transitum aquosus ille liquor uehiculi ritu plurimum auxiliatur. Caro igitur iecoris, quæ proprium ipsius est corpus, primum sanguificationis est organum. Venæ autem per uniuersum eius corpus dispersæ sinus loco censentur, in quibus quod ab illa confici debebat appositè cōtinetur, & hi postmodum sanguinem præparatum, alijs partibus tanquam proprii iecoris riuuli perferunt. Est autem uenarum, quæ in iecoris substantiam digeruntur, tunica longè tenuior, quam earum quæ per uniuersum corpus distribuuntur, ne scilicet uim substantiæ iecoris, cuius beneficio contentus in uenis succus elaboratur, sua crassitie retundant: quo fit, ut iecur etiam crassiori sanguine entriatur, quem tenuis uenarum tunica à iecoris facultate allecctum transmittit. Porro ut sanguis diutius in iecore moram traheret, ac perfectam elaborationem experiretur, utque totus iecoris substantiæ appropinquaret, non unum uentrem illi uelut lagenam quandam rerum Opifex indidit, uerum uenas illas omnes infinita ramorum serie, & in arcuissimos ductus digessit. Meatus autem bilis inter utrasque uenas locum obtinent, ut commodo ipsorum situ prius expurgatus sanguis in uenæ cauæ ramos absumeretur. Arteriam autem cauæ duntaxat iecoris sedi credimus exporrigi, ut huius tantummodo calorem euentilaret, temperaretque, superiore iecoris parte, quæ septum contingit, ab eodem motum adipiscente continuum. Ne uerò iecur sensus plantæ modo expers esset, & à uis rationali concupiscibilis animæ pars minus moueri cohiberi possit, Natura iecori neruos exprompsit, quibus ceu freno illa pro imperio uteretur. Tunica iecoris inuolucrum quoddam & tegumentum est: uincula uerò, ne uiscus quum graue sit, aliquando decidat, plura, eademque ualida iecori committuntur.

q fig. cap. 2
lib. 3.

HANC pulchrè liberam ostendit decimatertia figura, iecoris uerò cauo adhuc innoxam refert duodecima & uigesima.



VESICÆ bilis flavæ conceptaculum in caua iecoris parte sedem obtinet, iecori enim quâ dextrum uentriculi latus amplectitur, sinum in sculpi antea diximus, mediæ bilis uesiculæ portioni exquisitè cōgruentem. Illi namque sinui mediâ superior eius uesiculæ portio secundum ipsius longitudinem innascitur, inferior autem extra iecoris substantiam deorsum prominet, à nullo cui innititur corpore grauius pressa. Nam uacuo penè interstitio, ad dextrum uentriculi latus colonq; huc^a prorepens intestinum conspicuo incumbit, & sedem qua commodè flauum tenuè que iecoris recrementum suscipere, idemq; ad intestina depellere possit, opportunam adipiscitur. Forma huius uesiculæ oblonga rotundaq; est, sensim ad ipsius fundi usque apicem longioris cuiusdam pyri modo dilatenscens. Quo enim à caua iecoris sede, ubi portæ^b caudex educitur, ipsiusq; uesiculæ ceruix consistit, hæc antrorsum magis fertur, eo illa sensim magis ac magis senæ folliculi instar ampliatur. Cum enim, ut reliqua corporis receptacula, capax esse debuerit, neque tum globi modo adamuissimi rotunda fieri potuerit, ipsius cauitas sua longitudine adaucta fuit, ita nullo à uentriculo affecta incommodo, ipsoq; iecore non nimis insinuato. Vt autem inanita bilis uesicula appositè subside, ac impleta uicissim extendi possit, membranæ nerueaq; constituitur substantia: quippe simplici & unica peculiari constat tunica, tenui quidem, sed densa & forti, ac triplici fibrarum genere intertextâ. & rectas quidem fibras intimas habet, quibus succedunt obliquæ, sed rectas multo pauciores, extimæ uerò orbiculares sunt trāsuersæ ue. Huic tunicæ alia à iecoris tunica obtenditur, non toti uesiculæ, sed illius duntaxat partî, quæ extra iecoris corpus propendet, solaq; propugnaculo & inuolucro indiguit. Vesicula etiam si iecori sanguificationis officinæ innascatur, à portæ uenæ tamen caudice, duas graciles admodum assumit uenulas, ea serie in ipsius tunicam diffusas, qua in adhærentem^c albam ue oculi tunicam uenulas digeri conspici mus. Ab arteria quoque cauo iecoris exporrecta^d ramus admodum gracilis uesiculæ illi offertur, ad ipsius usque fundi extremum excurrens. Et neque^e neruulis destituitur, ne sensus sit ex pers. nam iecoris neruus per humiliorem omēti membranam à dextra sexti neruorum cerebri paris propagine costarum radicibus exporrecta, diductus, etiam huic uesiculæ surculum promit, in macilentis uix minus quam ipsius arteria conspicuum. At meatus quibus uesicula bilem allicit, rursusq; aliò depellit, ita se habent. Ceruix uesiculæ, fundo ipsius multo durior paulatim in angustum desinit meatum, ad eam iecoris partem protensum, unde uenâ portæ principium ducit. quò quum peruenit, in duos diducitur processus, ^m hunc quidem sursum, ⁿ illum autem deorsum porrigens. Qui sursum fertur, anteriori uenæ portæ sedi innitens, in iecur conscendit, & in duas primùm dissectus propagines, unam dextrorsum, alteram sinistrorsum in iecur porrigit. Hæ propagines singulæ in ipso iecore rursus in ^o alios surculos, & hi in alios rursus tantisper digeruntur, donec innumeram ramorum constituent seriem, per iecoris corpus inter portæ uenæ ramos & cauæ propagines diffusam. Atque hi surculi, ij sunt, quorum ope bilis in uesiculam defertur. At ^p processus, dicti nuper uesiculæ meatus, qui deorsum porrigitur, inferiori membrana omenti suffultus, parumper obliquè deorsum properat, ac duodeno intestino non procul à ieiuni principio^q implantatur. Hic processus depulsam ex uesicula bilem in intestina defert, interim nihil ab illis neque cremoris, neque flatus, neque ipsius denique quam deduxit bilis regurgitantis, quippiam admittens. Quod non solum tortuosi in intestinum ingressus, sed & duarum membranularum beneficio fit, quæ utrinque ad orificij latus laxè propendent, influentis bilis ponderi facillè cedentes, & ne quid in meatum regurgitare possit, iter præpedientes, quòd scilicet collectæ ac primùm meatus os subeuntes id occludant. Non autem una aliqua est membrana ori huic præfecta, uti unus in follibus asser, aut simplex in pilis quas inflamus lingula uisitur. Præsentis meatus in intestina implantatio longius à uentriculi orificio inferiori, quam Anatomicorū uulgus existimat, remouetur. An uerò is intestino insertus simplex omnino sit, aut in progressu bipartitò scindatur, ita ut una parte intestina, altera uentriculi fundum adeat: hoc loco me dicturum animaduertis opinor, cum hac de re in scholis indies & in libris medicorum plenissimè contendatur. alijs affirmantibus, hunc bilis uesiculæ meatum intestinis, frequentius tamen interdum uentriculi fundo inseri; alijs asserentibus, eum quandoq; bipartiri, atque altera portione in uentriculum, altera in

Bilis uesiculæ situs.

Forma.

Substantia.

Venæ arteriæ & nerui.

Meatus excipiendæ & emittendæ bilis parati.

Bilis uesiculæ meatus duodeno insertus an propaginem uentriculo offerat.

46 fig. P.

120 fi. ab I.

113 fi. g. et

fig. cap. 5

lib. 3. C.

113 fig. ca.

14 libri 7

113 fi. ab e.

fi. ca. 12 lib.

3 f.

113 fi. ab f.

113 fig. ca.

113 li. 4 ab *

113 fi. b.

113 fi. a.

113 fig. c.

113 fi. a di-

scinditur in

X, X inter

Z & Y.

113 fi. c.

113 fi. d.

113 fi. Q di-

scinditur in

113 fi. H.

intestina tendere, alijs uerò semper hunc bifurcantibus, ac perpetuò alterum ramorum, nunc tamen ampliorem, nunc angustiorum in uentriculum distribuentibus. Interea omnes quotquot sunt autoritatum congerie tantum, nò rerum ipsarum inspectione, sese tuentur. Equidem ut semel dicam, quid hìc mihi inter secandum contingere soleat, uerè affirmare possum, quod in uniuerso corpore neq; molestior, neq; difficilior mihiq; grauior sectio sit, quàm dum inferior omenti membrana, & caua iecoris regio, organaq; contermina nobis sunt aggredienda, maximè uerò in homine, aut animali quopiam præpingui, adeò sanè ut quemuis artificem, licet industrium, facile hìc hallucinari existimem. Atq; hoc ideo dico, quòd certi nihil, sed id duntaxat quod mihi uidetur asserere statuerim. Nullam igitur uel minimam bilis uesiculæ meatus portionem in uentriculum porrigi animaduerti, præterquam in uno pontificis triremium remige. Hic enim, ut alijs quibusdam organis, & præcipuè circa thoracis costas & musculos, ab aliorum hominum fabrica uariabat: ita & meatum hunc in duas dissectum propagines obtinuit, quarum minor gracilior uè uentriculi fundo, quàm primùm uena dextram inferioris ipsius sedis regionem ambiens, uentriculo committitur, inferebatur. Is quidem calidi sicciq; temperamenti fuisse uidebatur: ut autem resciscerem num uomitu bilioso, quem huiusmodi hominibus frequentem Galenus esse testatur, uexari consueuisset, ab eius familiaribus diligentissimè quæsiui, ecquid eiusmodi in illo obseruassent. Asserebant itaq; se nunquam illū uomentem, aut in maximis etiam procellis nauseabundū uidisse: uerum ut erat robustissimus, ab omnibus eum prædicari affirmabant, quod longissimo spiritu subinde cornu inflaret, omnesq; commilitones graui uoce, & uno spiritu recensendis numeris longè superaret. Verum non semper meatus huius de quo in præsentia agimus, portionem in uentriculum deduci, hinc mihi abunde persuadeo, quod inter disseccandum, hoc à conterminis uasis membranisque liberato, nullum foramen appareat, ex quo ad uentriculum propago eius meatus deducatur. quòd sese offerret, si modò uel minima quæpiam propago à præcipuo meatu diducta, per incuriam præscinderetur. Nam si uel acu meatum pertundas, ac bilis uesiculam digitis comprimis, bilis ex meatu defluit, quæ citius ex propaginis eius (si quam Natura condidisse) orificio promanaret. Ad stipulatur itidem ratio, nam si diligenter expendis, eum meatum bilem intestinis offerentem non in quamcunq; siue uentriculi, siue intestinorum sedem decenter inseri potuisse, sed in quâ & meatus ipse tutò implantandus, uentriculoq; & intestinis minus incòmodaturus biliosum istud recrementū expurgare posset, nò debuisse ad uentriculum ne meatulum quidem inferi, uel citra sectionem fatebere. Tutò enim ducuntur, quæ neque procul, neque alijs organis inconcomitata procedunt: quod huic meatui usu uenit, qui nulla succinctiori uia, aut in uentriculum, aut in aliam intestinorum partem inseri potuit, quàm ea qua nunc implantatur, & interim tutò portæ uenæ caudice & inferiori membrana omenti deorsum modicè prorepens suffulcitur. Quòd si uentriculo inferendus fuisset, non adeò commodè atque nunc omenti membranis sustineretur, & obliquos anfractus faciens etiam longiùs abduceretur. Eodem modo, si biliosam hanc superfluitatem oblongo meatu ad sedem usque, ut in intestina primùm illic defluens, unà cum fæcibus excerneretur, Natura perduxisset, periculum erat ne tenuis meatus quauis occasione ocysus rumperetur. Quòd autem materia hæc nutritioni inepta, duodeno intestino aptissima, non itidem uentriculi fundo innoxie immitti potuerit, primùm ex bilis natura, dein ex uentriculi & intestinorum muneribus, postremùm pituitæ, quæ in utrisque necessariò in illorum obeundis functionibus asseruatur, examine, & è curatione quam huic exuberanti pituitæ adhibemus, discere licebit. Nam bilis flauæ naturam tenuem fluxilemque, & dein incidentem detergentemque ac expurgantem dum abundat nimium curationem adhiberi, medicorum præcipuis concessum est. Deinde cibum quousque concoctus sit retinendum, ocysimè uerò cremorem confectum per gracilia intestina deducendum, nemo ambigit. Uentriculo itaque pituitæ istius incidendæ expurgandæ que gratia bilem deferens meatus utilis fuisset: uerum quia uerentrice uentriculo utendum maximè fuit, summo malo Natura nonnihil boni nequaquam prætulit. Nam si uentriculo bilis influeret, tum ille (uti Galenus rectè affirmat) huius mordacitate perpetuò ad excernendum iritaretur: neque tantisper dum cibus probè confectus esset, retentrice sua facultate fungeretur: & bilem illam respuens, eiusque occasione nauseabundus, quod sibi offerretur, minus quàm decet, ambiret amplectereturq;. At quo minus in intestina bilis influeret, nihil omnino obstitit. Hæc namque pituitam, quæ in gracilibus illis ductibus ex intestinorum mune re coaceruatur plurima, incidit, detergent, atq; expurgat. deinde intestina iritās & mordēs, ad fæces excernendas inuitat, & stimulat, & ipsa quoq; unà cū excrementis nullā (quæ lege Naturæ omnia in homine dispensantur) noxam, sed uti liquet summū usum præstās, è corpore tandem propel-

Ex bilis uesicula meatum in uentriculum non semper peruenire.

Vbi bilem expurgare conduxerit.

Bilis in intestina fluxus utilitas.

*s circa cet
K fig. 14
C 15.*

propellitur. Merito igitur intestinis, non autem uentriculo, meatus ille bilem deferens implan-
tatur, neque obiter cuius intestinorum sedi, sed ferè duodeni termino, quòd id primum in-
testinorum sit, quodq; in eo bilis citius suum quem intestinis præstat usum conferat. Duode-
ni autem terminus tantum à uentriculo remouetur, ut rariùs bilem in uentriculum ex intesti-
nis sursum conscendere contingat. Quanquam & id biliosis naturis familiare sit, quoties his
ieiunus uenter paulo diutius (ut ipse quoq; nonnunquam experior) torquetur. At homines
qui bilis uesicula carerent, quos Aristoteles enarrat, et post hunc cum alijs permultis Plinius,
hos uita firmissimos esse affirmans, hæcenus nondum comperi. Quanquam facile fieri posse
arbitrer, ut ex iecore ad intestina meatus aliquis bilem deferat, ita ut ea in uesiculam quam-
piam prius non colligatur. Et haud mediocriter inter disseccandum mirari solitus sum, quam-
obrem bilis recto ductu ex iecore in intestina non pellatur. non ignarus interim subtilis eius
Anatomicorum commenti, qui bilem in suam uesiculam asseruari docent, ut iecur à putredi-
ne uindictet: non expendentes quàm innumeros bilis folliculos & cerebro, & lieni, & pulmonibus,
et plerisque alijs corporis partibus, ne ipsæ quoque putredinem contraherent, Naturam
adhibere oportuisset.

DE LIENE. CAPVT IX.

L I E N potissimum quatuor tabellis decimæ figuræ exprimitur. earum namq; prima lienis
cauum cum omenti portione illi connata exprimit, secunda cauum omento liberum, tertia lienis
gibbum, quarta eiusdem substantiã utcunq; proponit. Quanquam etiã lien in corpore adhuc ser-
uatus, in secūda figura ad characterē d, & in sexta ad G, & in uigesima ad O, O, P occurrat.

46 fi. G. 20
fi. O, O, P.



67 muscul.
tab. Δ.
c Specta fi-
guram 19.

d 19 fig. E.
e 19 fig. D.

f 19 figura
H, H

L I E N E M ad sinistram uentriculi sedem secundum inferiora magis ac pō-
steriora^a locatum, iam antea recensuimus. Non enim is, ut medicorum
turba arbitratur, sanis alioquin hominibus extra costas, quasi ad abdō-
minis medium anterioraq; non adamussim costis, ceu tutissimis uallis se-
ptus, prominet, neq; etiam tactu admodum depræhēdi potest: quamuis
medici illū an mollis, aut durus sit, in omnibus sese equè contingere per-
suasum habeāt. Innititur itaq; lien sinistrae parti^b septi transuersi, medius
ferè inter sinistram uertebrarum corporum sedem, & spuriarum costarum cartilagine^c. For-
mam adipiscitur sedi suæ proportionem respondentem, ac iecoris modo à uicinis partibus sibi
impressam. Quà enim septum contingit, ut id leuiter inibi cauum est, ita etiam lien leuiter gib-
bus cernitur. Quà uentriculus lieni quodammodo innititur, ut amplius ille & instar grandio-
ris globi hīc extuberat, sic quoq; lien humanus modicè ac in superficie duntaxat, cauus occur-
rit. Nam porcis canibus ac bubus, quum longior, sed arctior lien obtigerit, ac uentriculi gib-
bo longiori interuallo in ijs obtendatur, magis quoq; cauus magisq; quartæ circuli partis mo-
do uentriculum complectitur. Homo quidem crassum & magnum & latum, sed breuiorem
quàm illius generis animalia lienem exigit, non tamen exactè, ut quispiam forte à spleniorum
forma monitus arbitraretur, quadratum. Longitudo namq; latitudinem ipsius impense supe-
rat, deinde superior pars inferiori paulo elatior uisitur, ut linguæ ad incisorios dentes tantum
protensæ imagini proximè accedat, unde etiam lien linguosum uiscus appellatur.^d Humilior
enim ipsius pars ad corporis anteriora magis protēsa, in obtusum definit angulum:^e superior
autem in obtusorem adhuc angulum adeò comprimitur, ut hæc pars utrinq; unum obtusum
exprimat angulum. Sinistrum latus leuiter gibbum est, dextrum uerò duabus quodammodo
leuibus impressionibus modicè simum. Porrò lienis non mediocris, & omni ex parte prope-
modum æqualis crassities, ab ipsius latitudine ac multo adhuc magis à longitudine uincitur,
Lienis cauū profundiori^f linea secundum eius longitudinem ducta abundat, quæ rectà qui-
dem ducitur, & inæqualiter extuberans, sinuataq; lienis uasa (ut mox audies) admittit. At reli-
qua ipsius superficies nō ita ut iecoris, aut renū, leuis est, sed obscuris quibusdam et leuiter pro-
minentibus tuberibus, ad eam ferè formā qua elephantiasi morbo insigniter laborantium cutis
inæqualiter extumescere cōsueuit. Neq; illi solūm inæquali cutis superficiēci respondet lien, ue-
rūm etiã colorem quoq; illius affatim exprimit. Parisijs enim in diui Lazari monasterio, & in
plerisq; superioris Germaniæ agris, & alibi quoq; elephantiasi morbo affectos uidi, nigricantē
lienem humani colorē superficiemq; exactè referentes, nō secus quàm si quis ex liene eos confin-
xisset. In homine nāq; hoc uiscus atro quodam & perquàm obscuro colore nigricat, in cane
autem splendidius plerunq; ipso iecore rubet. Sues albicantem magis lienem exigunt. Neque

Lienis situs:

Forma:

Lienis super-
ficies ac color:

Hominis uiscera ad ipsorum fabricam discenda haud inutiliter co-

qui.
Vasorum per lienis corpus series.

Lienis substantia.

Vnde lienis uena, arteria & nerui ducuntur.

Lienis tunica.

Ipsius nexus.

uerò in externa tantum superficie, uerum etiam intus, siue coctum siue crudum lienem secueris, hic color sese offert. Neque inutiliter hominis uiscera in aqua nonnunquam elixantur, aut saltem ut magis cōcreseat sanguis, in calidam submerguntur. Solet enim fluxilis adhuc sanguis in iecore, & liene, & pulmonibus etiam, quo minus aptè spectari singula queant, impedimento esse. Potissimum autem in liene tentandum hoc duxi, quòd de ipsius usu uehementer ambigerem, uenasque & arterias longè aliter quàm in iecore, pulmonibus & renibus dispersas intuerer. etenim lienis substantia crasso nigroque admodum, sed solidioris spongiæ, aut leuioris pumicis modo, raro concretoque sanguine constare mihi uidetur, frequentibus fibris filamentisque non insigniter ualidis duntaxat implicita. Per huius enim corpus, & si per multas uenas & arterias inferi certo cognoscamus, nullè tamen quemadmodum in iecoris & pulmonum corpore, per substantiam ipsius dispersæ animaduertuntur, nisi perquam rare, eademque admodum graciles, non aliter quàm si simulatque lienis sinum uasa ingrediuntur, in innumeram^o ramorum sobolem diffunderentur, adeò tenuium, ut cavitare carentes fibræ potius quàm uasa nūcupandi essent. Hisce ramis seu fibris undecunque implexis, sæculentus crassusque admodum sanguis obducitur, quem Erasistratus, ut opinor (quod uasis circumfundatur) *παχύχυμα*, quemadmodum & in iecore, appellat. Neque profectò tenuis sanguis quo lienem enutrirī damus, raritatis substantiæ lienis sola causa esse uidetur, sed innumerus ille fibrarum (uix ausim enim arteriarum dicere, et uenarum) implexus. Talis mihi lienis in sanis hominibus apparuit substantia. In quodam laborante elephantiasi, quæ nondum penitus radices egerat, turgidiorē maioremque lienem reperimus: in reliquis autem, sano similem. In ciue Patauino, qui annis tribus carcere detentus, tandem nigro arquato defunctus, sectioni publicæ adhibitus fuit, lienem præter cætera minus crassum latumque & exiguum omnino reperimus, & gibba eius parte adipem adnatum, instar candidissimi durissimique lapidis concretum. Substantia uisceris huic erat arida, et impense dura. Qui Montisselis suspensus, ad publicam sectionem Patauium aduectus fuit, adeò grandem ostendebat lienem, ut modicè admodum iecoris molī cederet, & anteriori iecoris parti adnatus, anteriori quoque uentriculi sedi exporrigeretur. Lienis eius substantia, sanorum uisceris substantiæ penitus respondebat. Adolescens hic fuerat candidissima & glabra cute, minimeque natura melancholicus. adeò enim ob Diogenicos mores plebi gratus extiterat, ut ter laqueum euaserit. Nam primùm Venetijs loris cæsus, Patauium uenit, ubi dextro oculo & manu itidē dextra mulctatus, Montisselis iterum apprehensus (nam è carcere illuc semel eruperat) extremū suæ tragœdiæ actum egit, & morū potissimum occasione à studiosis sectioni fuit adhibitus. Galli sacerdotis Bononiæ in xenodochio aqua subter cutem mortui, lienem albidum, sed exiguum adinueni. Hæc idcirco recenseo, ut huius uisceris substantia & usus (si modò de eo quem Galenus ipsi tribuit, dubitare fas sit) à studiosis sedulo indagaretur. Porro^h uenæ, arteriæque & nerui lienis in hunc habent modum.ⁱ Minor seu sinister uenæ portæ truncus, inferiori membrana omenti suffultus, transuersim ad lienem tendit, posteriori primùm uentriculi sedi, eiusque elatiori orificio & humiliori membranæ omenti, adeoque ipsi colo, quæ uentriculo exporrigitur, ramos offerēs: quos ubi deprompsit, reliqua ipsius portio in duos primùm ramos, deinde hi rursus in alios disseminantur, ut tandem multiplici serie per humiliorem omenti membranam medio cauæ lienis sedi secundum rectam lineam illi implantentur. Porro priusquam hī rami in lienis substantiam deperdantur, ab insigniori ramo uisceris humiliora petente^k uena pronascitur, sinistram fundi uentriculi sedem amplectēs. ab alijs uerò lienem adeuntibus ramis modò^l tres, modo etiam plures rami enascuntur, in sinistram uentriculi latus, uti sæpe prius relatum est, excurrentes, nequaquam autem ad superius usque uentriculi orificium conscendentes. Quemadmodum uerò lienem accedentes uenæ inferiore omenti membrana suffulciuntur, sic quoque ab illis uentriculum petentes superiori membrana omenti^m sustinentur, cuius ut & uasorum interuentu lien uentriculo connascitur. ⁿ Arteriæ itidem frequenti serie lienī implicitæ, ortum ab illa ducunt arteria, quæ à magna arteria supra renum regionem pronata, inferiori membranæ omenti innascitur, ac sinistrorsum lienī potissimum offertur, pari prorsus serie cum uenis in lienem pertinentibus. ^o Nerui lienis à sexto neruorum cerebri paris sobole pendent, quæ sinistri lateris costarum exporrigitur radicibus, & surculum humiliori membranæ omenti mittit in lienis potius tunicā, quàm substantiam spargendum. Lien enim non minus quàm iecur tenui quadam & simplici obducitur tunica, ab omenti^p membranis, quæ lienis rectæ lineæ innascuntur, orta. Hæc namque membranæ lienis cauo insertæ, in ipsius degenerant tunicam. Et quia à peritonæo originem ducunt, earundem beneficio interuentuque peritonæū ipsum lienī tunicam offerre meritò dicimus. Sed præter lienis ad dorsum & ad uentriculum omenti auxilio nexum, à peritonæo quæ

g. fig. ca. 1. li.
34, 44.

h Ostendit harum serie em 4. fig. ut & 3. ac in super. tab. fig. 19.
i fi. ca. 5. li. 3. F. diffundens primū K, L, M, N, S. auuditur in T, T.
k fi. cap. 5. li. 3. Z.
l fi. ca. 5. li. 3. X, X, Y. et 15. fig. 8. & m. Ostendit id 3. fig. et 1. tab. fig. 19.
n fi. cap. 12. lib. 3. d. d.
o 2. fi. cap. 2. li. 4. n.
p 19. fi. B, P, C, C.

q. 20 fig. V
subijciuntur
O, P, Q.

quã septum succingit, tenues interdum fibræ impari numero lienis gibbo adnectuntur, ipsi quoque septo lienem ita colligantes. Verùm ut in hominibus huiusmodi fibræ quædam non reperiuntur, ita in canibus nunquam. Est etiam aliquando cernere, lienis gibbum exteriori reni sinistri inuolucro, quod multa abundat adipe, fibrarum quarundam medio firmari, potissimum si reni lienem (ut non infrequenter fit) magna ex parte substernatur. Atque hæc est lienis situs, formæ, & partium enumeratio. Quàm iustè uerò corporis nostri architectus illa dispensauerit, singulorum edocebit usus, & functio: de qua non medicorum modò proceres, uerùm & philosophorum præcipui dissenserunt. Erasistratus uulgi opinione (quod cursoribus lienem eximi stultè credit) persuasus, lienem frustra factum esse quodammodo attestatur, dum ait, Naturam timentem necubi artis suæ obliuisceretur, quum foetui uix dum cõcepto iecur in dextris conformaret, in sinistro quoque latere aliquid molitam esse, & consistentem in eo splenem iecori opposuisse: perinde ac si ipsa uentriculo paululum in sinistram producto, creationem superuacua uitare non ualisset. Aristoteles communem usum, quem omnibus tribuit uisceribus, lienem quoque primùm ascribit, uidelicet quo uenæ, utpote pensiles, sustineri, & copia uiscerum stabiliri ad corpus possint: Quasi enim (inquit) anchoræ partibus appensæ, uiscera ad corpus iaciuntur. Deinde iecoris lienisq; usum priuatim docēs, subiungit: iecur & lienem ad ciborum concoctionem auxiliari, & lienem uapores uagantes diuertere, & ex uentriculo attrahere, eosq; posse concoquere, ut qui sanguineus sit, atque ut semel dicam, Aristoteles lienem adulterati iecoris loco recenset. Eodem modo autor libri de Respirationis usu, quem Galeno falso tribuunt, præter alia quædam de uenis, quæ gibbo lienis inferi arbitrat, nugamenta, lienem ex uentriculo & intestinis confectum cremorem per uenas uentriculi & intestinorum assumere, ac sanguificationis organum esse contendit. Huius sententiæ nonnulli etiam medicorum subscribunt, lienem iecore malè affecto nomine iecoris sanguinem elaborare affirmantes. At qui cæteris dissectionis professoribus probabilius esse uidetur lienis usus, in hoc illum à Natura fabricatum esse docet, ut lutosi sæculentiq; in iecore confecti sanguinis sit receptaculum: & quem admodum tenuiori leuioriq; recremento bilis uesicula reficitur, ita lienem crassiori & grauiori suscipiendo extructum esse, quod lien ad se per portæ uenæ truncum, multiplici sobole eum aduentem, tanquam familiare sibi alliciat exugatq; attractum autem conficiat, elaboret, ac suæ nutritioni aptum reddat, sanguinem illum, & si crassus sæculentusq; sit, rarum spongiosumq; efficiens. Ad quod præcipuè opitulatur frequentes in lienem insertæ arteriæ, suo calore ad exactam sanguinis illius elaborationem strenuè auxiliantes. Sed quòd primarius præcipuusq; huius actionis autor, lienis sit caro, etiam si nõ dicatur, manifestum esse neutiquam ambigo. Atq; ita etiam omnibus concessum est, lienem non uniuersum sanguinem quem à iecore admittit, suaq; insita ui allicit, conficere, ac in sui nutrimentum reponere: uerùm quicquid nutritioni ineptum continet, suæq; substantiæ adaptari nequit, in uentriculum magni cuiusdam usus gratia reuomi. Primùm enim omnes affirmant, succum melancholicum à liene in uentriculum eructari, alij quidem per uenam à liene in uentriculum pertinentem, alij per proprium quendam meatum, atq; inde à uentriculo in intestina, & hinc unà cum sæcibus è corpore expurgari. Porrò uenam illam, aut ut alij arridet, meatum nonnulli simpliciter in uentriculum à liene duci scribunt: alij insertionis locum intrepidè exprimentes, illum in superius uentriculi orificium implantari adiungunt. Par etiam in eius excrementi usu assignando, inter dissectionis proceres occurrit dissensio. nam alij per quàm utile & amicum uentriculi functionibus hoc esse, sicut bilem flauam inimicum & hostem perniciosissimum astruunt. sed alij quidem contenti sunt, si doceant, atram hanc bilem sua saporis qualitate, quam acerbam & acidam esse fatentur, omnes uentriculi functiones, quæ in amplexu quodam consistunt, astringendo & colligendo corroborare, ac proinde ne in confectus à uentriculo cibus elabatur, prohibere. Alij autem huic tantum usui non acquiescentes, iam dictis utilitatibus addunt, uim uentriculi appetitricem hoc excremento adeò incitari, ut eius præcipuè usus gratia uenam aut porum à liene in superius uentriculi orificium inferi statuunt: imaginatione solùm, non sectionibus ita edocti. Ego sanè de hoc recremento lienis in uentriculum eructatione, & eius usu nihil affirmare audeo: neque etiam sectio ista luculenter, quæ tamen citra ullam controuersiam Anatomes professores audacissimè asserunt, mihi com-
monstrat. Primum enim nullum meatum illi quo bilis in intestina repurgatur, similem esse haud ambigo: uenæ autem quæ sinistro uentriculi lateri implantatur, non à liene prodeunt corpore, sed ab illis quæ iam lienem inseruntur. Neque alia penitus harum uenarum per uentriculum series uisitur, quàm reliquarum omnium corpus uentriculi petentium. dein nulla hinc prorsus est uena, coniuge carens arteria. Postremò, si quid in uentriculum à liene defertur, id potius uentriculi fundum petit, quàm superius illius orificium. Vena namque sinistram fundi uentriculi se-

Lienis usus ac
functio.

Arist.

Gal.

Quid lien in
uentriculum eructet, & quo
meatu.

1 Videre id
est in figu.
ca. 5. li. 3. &
3 fi. et 1 ta.
fig. 19.
5 fi. ca. 5 lib.
3 Z.

dem perreptans, atq; ab ijs quæ humiliori lienis sedi inseruntur, principium ducens, omnium uenarum uentriculo ab illis quæ lienī exporriguntur oblatarū, facile maxima occurrit. Quamquam neque hæc uena, uti nec alia, prorsus sinistrum uentriculi adiens latus, ullo alio turgeat sanguine, quam reliquæ uentriculū implicantes uenæ. At hac de re paulo prolixius in ea Epistola egi, quæ in laterali morbo nihil interesse docet, dextrine an sinistri cubiti uenā feces: aut si quid intersit, dextram cubiti uenam potius quam sinistram aperiendam. Cæterum lienem suo calore innato, ac frequentibus qui illum intertexunt arterijs, uentriculi concoctionem fouere, iam antea proditum est. Quod autem uulgo lienem risus authorem esse dicimus, hinc fortassis sumptū esse conijcio, quod crassum, sæculentū, & lutosum sanguinem ad se lien alliciens, reliquum sanguinem agiliorē, ac ut ita dicam, hilariorem reddere, omnibus creditum est. Porrò lienis beneficio cor refrigerari (quod Arabum præcipuis affirmatur) non autumo: neque enim is cor contingit, & si quod illi innatum esset frigus, lienis arteriæ id ad cor haud deducerent.

DE RENIBVS. CAPVT X.

RENES pingui ipsorum membrana indutos, ac characteribus T, V insignitos, uigesima commonstrat figura. uigesima autem secunda, & uigesima tertia, ac uigesima quinta figuræ, eosdem ea membrana liberos proponunt. Uigesima uerò prima renem tribus tabulis dissectum continet, ipsius harmoniam concinne spectandam offerens.



REGANA bili flauæ & sæculento lutosoq; sanguini expurgando sacrata, sermo præcedens iam pertractauit. Hic uerò illis dedicabitur, quæ sanguinem in cauam uenam ex iecore missum serosa aqueaq; humiditate colant, quam cremoris ex intestinis in uenæ portæ furculos sumendi, & elaborati sanguinis ex iecoris cauo in gibbum eiusdem ducēdi, uehiculum, ex Diui Hippocratis sentētia esse dicebamus. Hunc enim humorem postquam proprium opus expleuit, neq; sanguis per plures atque ita angustos meatus ducendus est, non decet amplius in corpore omnem asseruari, uenis alienum onus futurū.

Renū numerus & situs.

Huius igitur usus occasione^a renes, quòd id recrementum & bilem ipsam & sæculentum sanguinem copia superet, bini sunt facti, situm, formam, totamq; constructionem huic muneri conuenientem obtinentes. Quòd ocyus enim humorem serosum, quem urinā & lotium uocamus, sanguini adimant, quàm fieri potuit proximè ambo iecori allocantur. Dexter enim^b superiori sua parte humillimam iecoris portionem^c contingit, in canibus sinum quoque in iecore sibi, ut altius collocaretur insculptum, appositè conscendens. Sinister uerò adeò altam sedem occupat,^d ut & lienī aliqua ex parte substernatur. Vterque uerò iuxta uertebra^e corporum latera, humiliori^f septi sedi incumbit, qua id decimæ & undecimæ & duodecimæ costis obducitur, ea potissimum parte, qua costæ in posteriora impensius obliquantur. Is enim costarum in posteriora flexus, opportuna renibus sedem offerre uisitur, ut & tutò uallentur, & ne in anteriora uel minimum prominentes, cæterorum nutritionis organorum sedem occupent. Quæ nisi respexisset Natura, unum semper, eundemq; maximum (ut interdum in habentibus uentrem impense prominulum, & uitiatum costarum ductum, moliri Naturam uidimus)^f super uenæ cauæ & arteriæ magnæ corpora renem collocasset, breuiori succinctiorique compendio serosum sanguinem attracturum. Non enim renes, ut alijs scribitur Anatomicis, lumborum^g musculis, qui dorſi & femoris famulantur motibus, prorsus insternuntur, & etiam non multo humilius quàm costæ sunt, uel^h infima sui parte uersus ilia descendunt, etiam si alter altero semper sit elatior, neque ad amissimè directo mutuò dponantur. Quum enim lien demissius quàm iecur descendat, uterque autem ren uenæ cauæ, quæ sub iecoris corpore ducitur, uicinus esse contendat, meritò dextrum sinistro elatiorem esse plerunque cernimus, quippe non rarò etiam sinister dextro elatior obseruatur, in ijs præcipue quibus lien minor & iecur maius obtigit: perinde ac si id dextrum renem deorsum deprimeret, ille autem sinistrum altius ascendere, sibiq; subijci sineret. Porrò contrarium hunc situm renibus non tam loci, quo aptè locari possent, occasione, quàm ne è directo utriusque serosum sanguinem attrahant, ac alter in contrarium reuellens alterius munus prohibeat, accidisse constat. Neque etiam in renum situ Galeni ratio probanda est, qua dextrū sinistro editiorē esse docet, ut secundū rectitudinē magis trahat, quàm ea quæ dextro uenæ lateri ascribit, nō magis illi quàm sinistro lateri propria sint. Nemo enim sanæ mentis ex iecore in uenæ cauæ latus dextrū plures uenas quàm in sinistrū pertinere fatebitur, si ad amissim eius uenæ secundū iecoris posteriora ductū contemplatus fuerit. Cæterum

Lib. 5. de V. su part.

utrunq;

420 fig. T, V, 25 X, Z.

b 23 figura cha. 3.

c 25 figu. X uicinum est

L, aut 22 fig. o ad c.

d 20 fig. V sub O, O.

e 7 muscul. tab. 4.

f super P, Q 25 fig.

g 7 muscul. tab. t. u.

h 23 fig. cha. 4.

ut cunque renes situ inter se discrepent, neuter tamen alterius altitudinem, quanta media est illorum longitudo, superat unquam. Sunt enim humani renes oblongi, & minus lati, omni que ex parte æqualiter crassi. Anteriùs nanque & posteriùs comprimuntur renes, & in latere exteriori ad amussim orbiculares & gibbi: in interiori autẽ, quod exteriori breuius est, partim gibbi, partim caui. In media enim interioris lateris sede sinũ profundius sibi impressum exigunt, superius inferius que uelut in acutũ angulum desinentem, in medio autem extuberantẽ. Superiori parte paulo quàm inferiori latiores sunt renes, & parũ admodum exteriùs quàm interiùs crassiores. Magnitudine eadonantur, qua probè quantum sanguini ex usu est, seroso humore illum emundant. Superficiem iecoris gibbo similiter impense leuem & lubricam sortiuntur, ut & colorem intenserubrum & resplendentem. Substantia nanque constant carnea, densa, admodumque solida & dura, parumque à cordis substantia uariante, præterquam quod nullis omnino fibris intertextitur. Renum enim substantia fibrarum, ut & iecoris pulmonumque substantia, expers est: uasorum per ipsam diffusorum fibris ad attractionem, retentionem & expulsionem famulantibus. Quum enim sanguinis serum renes excolare oporteret, neque commodè uenæ cauæ magnæque arteriæ corporibus, uti iecur, ad uenam cauam adnasci potuerint, insignis rami à uena ac arteria in ipsos deducti sunt. Ac à caua quidem duo grãdes rami, utrinque nimirum singuli, ad singulos renes enascuntur, qui non è directo inuicem prodeunt, sed pro renum situ, origine uariant, dexterque ramus elatius sinistro principium possidet, si quidem ren dexter altius collocetur. si uerò sinister superiorem dextro sedem sibi uendicet, sinister quoque ramus elatius dextro à caua pronascitur. Ac par sanè arteriarum est ratio, quæ sub uenis protensæ unã cum illis transuersim ad renum sinus, quos in interno ipsorum latere gerunt, perferuntur. Quum primum in hominibus ad illum alterius renis sinum uena ac arteria peruenerint, in duos ramos priusquam renem subeant, ambæ diuiduntur, unum ramum superiori eius sinus angulo, alterum inferiori offerentes. In ipso autem uasorum ad renes progressu, admodum rarò à se ramulos arteriæ diffundunt, sed totæ in renes absumuntur. quum interim à sinistri renis uena, seminalis uena sinistrum petens testem depromatur: ab ea autem quæ dextrum renem adit ramus in pinguem membranamque renis tunicam numerosa sobole spargitur: quod & sinistra uena interdum imitatur, dum ren sinister elatiorem dextro sedem occupat. Cuiusmodi uerò sit hæc pinguis renum tunica, paulo post exequar: nunc enim uasorum ductus, ac per renis corpus distributionem unã cum renis sinibus, & meatuum urinam è renibus in uesicam deducendum ortu, propter continuum de uasis sermone per scribere aggrediar. atque urinam ita hæc tibi ob oculos ponere, quemadmodum si præsens essem, leuique admodum opera in renis sectione monstrare possem: maximè quum tot fabulæ de renum officijs, sinibus, membranis, & quæ in renibus distribuuntur uasis, antehac cæteris dissectionis professoribus effectæ sint. Galenus inquit simpliciter, uenas ac arterias per renis corpus distribuui, & per spissam duramque renum substantiam, retento sanguine, urinam cum bilis quæ sanguini adest portione transmitti, inque urinarium meatum effluere. Nostrorum medicorum, & qui Galenum quuti sunt omnium, hæc exprimere studentium, alij perperam oscitanterque renis fabricam agredientes, & quæ hæc uasorum sit distributio & situs non obseruantes, nescio quas colatorias membranas ementiuntur. Alij sectionem auersati, & in altis cathedris sedentes, sibi que ipsis mirificè placentes Promethei, abundè suo munere se perfunctos esse arbitrantur, si discipulis imaginatione hominem cõfingant. Atque hinc illud est, quod præcipuos nostræ ætatis medicos & docuisse & scripsisse scio, nobis triplicem, quo urina à sanguine in renibus discernitur modum excogitari posse: non addentes interim, quid in ipsa hominis sectione appareat, sed sibi sinus & ductus suo arbitratu effingunt. Adeò sanè ut nunc omnibus recepta probataque sit opinio, duos in renibus esse sinus, secundum uisceris longitudinem sitos, elatiore scilicet unum, demissiore alterum, qui transuersa quadam membrana interdiuidantur, superior dico

Reniformis

Magnitudo

Substantia

Vena ac arteria renibus oblonga

Renium in internis sedibus conformatio

DVABVS presentibus figuris medicorum de urinae excolatione commentum exprimere conatus sum, ac superiori figura renem ab ipsius gibbo uersus sinum cauum ue dissectum finxi, inferiori autem renis duntaxat media spectatur portio. Cæterum quid singulis indicetur, ipse characterum Index in hunc modum edocebit.

- A Vena & arteria serosum sanguinem reni offerentes.
 B, B Sinus, in quem medici uenam & arteriam nuper dictas serosum sanguinem profundere docent.
 C, C Sinus, in quem urina ex iam dicto sinu colaretur.
 D Renis substantia orbiculatim sinus hos amplectens.
 E Beatum & rugacissimum renis colatorium, seu membrana cribriformi modo perua, & urinam ex sinu B indicato in sinum C insignitum unã cum bile promanare sinens.
 F Urinam è rene ad uesicam deferens meatus.



ab inferiori. In superiorem renis uenam arteriamque finire, easque serosum sanguinem in illum infundere,

fundere, deinde membranam sinus intercipientem, tam arctis angustisq̄ foraminulis peruiam esse, ut & aqueum illud ac tenue recrementum & bilem quoq̄ transmittat, sanguine interim propter sui crassitiam non penetrante. Addunt præterea illi humanæ fabricæ stupentes architecti, ut tanto scilicet elegantius Naturæ opus confingant, ex inferiori sinu meatum urinarium explantari, illumq̄ urinam iam colatam excipere. Profectò sagacissimus ille rerum Opifex tantum munus uni membranulæ cribri modo perforatæ non tribuerit, neq̄ in renibus eandem extruxerit. Quin renum substantia facultate sibi innata, ac propria ad iustitiâ temperie, ex uenis ac arterijs per ipsius corpus deductis, serosum illud recrementum excolat, ac in sinum qui urinario meatu excipitur, diffundit. Quod incredibile artificium ut uideas, caninum renem utpote macilentum, & nulla, quemadmodum humanus est, pinguedine oppletum, ad manum tibi esse uelim, illumq̄ uti renis administrationem ad præsentis libri calcem subiungam, te primum aggredi. Post aliquot enim obitas sectiones (dummodo prima non suffecerit) duos in renibus sinus adinuenies, secus multo ac nostri arbitrantur medici, à Natura formatos. Vena enim & arteria in renis corpus subeuntes, in unum degenerant corpus, arteriarum tunicis duritia crassitieq̄ respondens. Hoc cauum & uenæ arteriæ uero modo per renis corpus distributum cernitur. Primum enim paulatim latescens, in duas quodammodo partes diducitur: quarum unam quidem anteriorem, alteram uerò posteriorem (renum figuræ perpetuò memores) doctrinæ studio uocabimus. Anterior una serie unoq̄ ductu, modò sex, modò septem, modò plures etiam, æquè crassos producit ramos, in quos etiam anterior hæc membranei corporis pars finitur. Præsentibus rami per anteriorem renis partem æqualiter à se inuicem secundum renis formam abscedentes, uersus exterius renis latus properant, nō quidem ad externam usq̄ lateris eius superficiem, sed interius multo in renis corpore permanent. Hic in aliquot propagines rursus dissecti, corporis membranei posterioribus ramis, quos nunc prosequar, commiscuntur. Posterior enim corporis eius pars eodem modo quo & anterior in ramos digeritur, ad externū renis latus contentes. Quum uerò hi eousq̄ quo anteriores deuenerint, mutuò posteriores rami cum anterioribus coeunt, ac singuli singulis, ac si unum idemq̄ corpus essent, uniuntur, mutuamq̄ cavitatem constituunt. Elegans iste ramorum coitus instar semicirculi ad exterioris renum lateris formam perficitur. Porro membraneum cauumq̄ istud cum suis ramis corpus non undecunq̄ renum adnatam habet substantiam. Corpori enim ipsi priusquam in ramos digeratur, anteriorius posterioriusq̄, & ad internum ipsius latus, nō autem ad externum, renis substantia adnascitur. Ramis uerò anterioribus duntaxat anteriorius, posterioribus uerò posteriorius renis substantia adnascitur, quousq̄ ad mutuū coitum rami ducantur. Hic enim ubi in plures ramos singuli diuiduntur, ac anteriores cum posterioribus coeunt, renis substantiam adnatam undiq̄ habent, quanquam inter ramos ipsos, quā nihil adnascitur ad renis interiora, uelut septum quoddam procedit, ramis non connatum, & ab illa renis substantia prodiens, quæ ramis dum coeunt cōnascitur. Adeo ut hic inter anteriores posterioresq̄ corporis illius membranei ramos alter quidam renis sinus exurgat, quodammodo bipartitus. Qua enim is exterius membranei corporis latus, ubi primum ramos germinat, respicit, unicus esse apparet: quum autem secundum septū ex renis substantia pronatu, uelut ad exteriora fertur, geminus conspicitur. Vnū enim eius pars inter septum & ramos anteriores, altera inter idem septum & posteriores ramos porrigitur. Sinus hic inter disseccandum subhumidus exanguisq̄ omnino occurrit, corpus autem illud membraneum cum suis ramis omnibus, aut primus sinus (si ita corpus id appellare uisum sit) sanguine plenus semper inuenitur. Homines ut passim pinguetudine, quemadmodum & porci, scatent, secundum sinum quoque adipe duriusculo, & quasi seroso humore enutrito oppletum habent: qui non solum humanorum renum speculationem disseccantibus obscurauit, sed quibusdam accuratè sectionem aggredientibus ita imposuit, ut hunc adipem^x urinarij^y meatus operculum quoddam esse, & urinæ in renibus excretioni seu colationi præfici, & quoddam uelut colatorium esse, scriptum reliquerint. Qui enim suis imaginationibus & somnijs non contenti, plenam operam unā cum ratione sectioni quoq̄ impenderunt, si nihil aliud, saltem meatus urinarij^y initium uiderunt, quod sanè ex altero renis sinu pendet, non quidem ex humiliori ipsius sede, sed ex interni lateris secundi istius sinus medio. Incipit enim meatus ille ab externo latere membranei corporis, ubi primum in ramos scinditur, deinde per eius corporis medium procedens, ex renum medio in internum renis latus uenæ cuiusdam instar procidit. Hæc mehercule demum renum conformatio est, quæ in membraneum illud corpus ipsiusq̄ ramos serosum sanguinem renis substantiæ uis, & fibrarum eius corporis rectorum beneficio at trahi commonstrat: quo sanguis quantum sufficit seroso illo humore ita liberetur, ut sanguinē à portæ uenæ surculis in cauæ soboles assumi transmittiq̄ nouimus. Quippe non uniuersum

*Renum mu-
nus.*

u Vti superius monui sedulo hic inspicias tabulas et figuræ.

x 22, 23 fig. 1, 2.

y 21 fig. 1.

renes

renes alliciunt. Imò ut sanguis ad fluxum per uenarum cauitates aptior sit, eius humoris portio unà cum eo per reliquū adhuc corpus ducitur, quem extracto iamq̃ cōcreto sanguini innatare conspicimus. Quinetiam manifestum quoque euadit, renum substantiam à sanguine nō solum in uena caua, sed & in arteria magna contento, aqueum illum humorem, & si quid biliosi excrementi adhuc ipsi sit admixtum, colare, atq̃ in alterum illum sinum protrudere, eumq̃ inde per ^rurinarium meatum ad uesicam huic humori instar lagenæ subditam sensim defluere. Quæ uerò horum meatuum conformatio sit, ubi renum tunicarum explicationem præcedentibus addidero, statim audies. Renibus binæ sunt tunicæ, ortu substantiaq̃ uariantes. ^a Prima, quæ exterior est, renum corpori pertinaciter non adnascitur, nihilominus ipsi instar inuolucris circumquaque obducitur, & hinc etiam renis fascia uulgò nuncupatur. Hæc à peritonæo humilior septi transversi sedem succingente principium ducit. Quà enim ipsi renes incumbunt, membranas quasdam fibras producit, in membranam tunicam, quæ renes ipsi colliget, degenerantes. Præfens tunica frequentibus uenis instar omenti intertextitur, multa pinguedine (ut & illud) abundans, renumq̃ actionem penicilli cuiusdam ritu fouens. Dextri quidem renis tunica à uena ad ipsum renem pertingente ^b propaginem exigit, in membranam frequenti ramorum serie excurrentem. Sinistri autem renis tunica ^c uenam adipiscitur à sinistro uenæ cauæ latere, elatius quàm renis uena enatam: aliquando etiam contraria est in eiusmodi tunicas impllicantium uenarum exortus ratio. Porrò altera renum tunica tenuior est, & nullis uenis neq̃ etiã pinguetudine obsita, & ut iecoris & lienis tunica renum substantiæ connata. Hanc procreat tertia renē petentis arteriæ tunica, & uenę item altera, nam dum hæc uasa reni implantantur, hæc tunicæ ab eis abscedentes, in præsentis renis tunicā dilatantur. Cæterum renis ^d neruus, quem quasi præterieram, gracilis est, neq̃ uenæ, neq̃ arteriæ renis proportionem respondens. Illæ enim alterius usus quàm nutriendi caloriscq̃ insitire creandi gratia reni offeruntur. neruum autem sensum duntaxat obtusum præstare oportuit, ac proinde à sexti paris ramis qui costarū exporriguntur radicibus, Natura singulos ad utrumq̃ renem diffudit, in internam ipsorum tunicam potius quàm in corpus illos dispergens.

Renium tunica.

Renis nerui.

DE VESICA URINÆ RECEPTACULO, & meatibus urinam è renibus in uesicam deducuntibus. Cap. XI.

VIRILEM uesicam imprimis ostendunt uigesima secunda, & uigesima tertia figura, hanc simul cum urinaris meatibus detectam prorsus exprimentes, uti & quarta figura Capituli quadragesimi noni, libri secundi. Superiorē uerò uesicæ fundi partem adhuc peritonæo nexam, proponit secunda figura, tertia, sexta, decima, duodecima, uigesima. Cæterum muliebrem uesicam pulchrè delineatam continēt uigesima quarta, uigesima quinta, uigesima sexta, uti ex illarum figurarum Indicibus petere licet.



BERINDE ac renes suis functionibus opportunam sedem sibi uendicant, tuto que locantur, ita quoque & uesica & urinaris meatus. ^a Vesica enim quum sit aqueæ superfluitatis receptaculum, in quo sensim à renibus id collatum (ne frequenter & perpetuò, sed raro & repente ac simul urina nobis reddenda sit) coaceruatur, eam sedem meritò obtinet, qua cōmodè dum urina copia aut qualitate molestat, eam excernere possit: quem locum non decuit ab ^b eo quo sicca excrementa emittuntur procul abesse. Deinde elatiorem sedē alia nutritionis organa, hac uesica longè nobiliora, altamq̃ sedem expetentia, sibi occuparunt, adeò ut iure quodā non minus uesica quàm intestinū rectum humilior locata sit. Ad posteriorem enim ^c pubis ossis sedem uesica reponitur, elatiori sui parte superiorem pubis ossis sedem modò plus, modò minus, prout urina distenditur, excedens. Est namq̃ oblongæ sphaeræ instar aliquantulum rotunda, & elatiori parte, quam fundum ipsius propriè uocamus, apparet amplior: id quod situs occasione accidit. Quanquam enim ut capacior iniurijsq̃ ferendis minus obnoxia redderetur, figura ad amussim globi modo rotūda, magis ipsi conuenisset, attamē oblongiorem suoq̃ fundo ampliorē Natura machinata est, non quod eiusmodi commoditatem negligeret, sed ne pubis os rectumq̃ intestinū posteriori uesicæ sedi in uiris, ut & ^d uterus in mulieribus attentum, eius distensionem nimium arctarent. quod sanè necessariò accidisset, si quam ex longitudine sortitur capacitas, etiam in latitudine inter pubis os & rectum intestinū adiecta fuisset. sed & fundum quoq̃ tanto est humilior ipsius parte, quæ in cer

Vesicæ situs.

Vesicæ forma.

x uicem

Vesicae substantia.

uicem angustum ue meatū definit, amplius, quanto cōmodius id pubis os excedēs propter cedentes abdominis musculos distendi dilatariq̄ potest. Vesicā enim amplam & extendi promptam fieri oportuit, quo rarius, ut dictū est, urina nobis reddenda sit, ac proinde mēbraneo neruo ue constat corpore, quod dilatari possit cōmodē, & rursus quū nihil cōtinet, subsidere. Etenim uesica lœui, dura, ualida, mēbranea q̄ constat tunica, quæ modò crassior, modò tenuior uisitur, prout nimirū aut impensius distendit, aut arctatur: peculiariter hoc sibi uendicans, quod in elatissima sui fundi parte, & qua in ceruicē definit, ob meatuū quorundā implantationes & explātationes durior crassiorq̄ sit. Hanc triplici fibrarū genere intertextā, uel pueri nouere, unguibus dum uesicā inflant, ut prōptius distendatur, illam fricantes, ac eiusmodi fibras diuellentes. Etenim nulla corporis tunica occurrit triplex hoc fibrarū genus exactius ostendēs, q̄ si uesica inflatur: adeò ut ē uesicis, quas puer, uti nostratibus moris est, inflare, contundere, & unguibus ac digitis terere solebā, quid sibi fibræ tunicarū uellent in Anatomicorū libris, ilico intellexerim. Cæterum uesicā implicantes fibræ eadem qua fibræ uētriculi & bilis uesiculæ collocantur serie. Rectæ enim intīmæ sunt, extīmæ transuersæ, mediæ uerò obliquæ, pro functionū ordine situs seriem adipiscentes. Expulsionem namq̄ præit retentio, & hanc rursus attractio. Duram uerò & crassam uesicæ tunicam fieri oportuisse, præter cætera argumento sunt, quod in magnam molem sæpe distendi eam oporteat, quod q̄ urinae acrimonia & ulceribus ac calculis idq̄ generis malis alijs frequenter uexetur: quæ, nisi dura esset, eam facile lacerarent, eroderent, ac perforarent. Ut autem ualidiora adhuc efficiantur hæc, peritonæum illi densum robustumq̄ inuolucrum peculiariter circundedit, quod secunda uesicæ tunica cēsetur. Hanc peritonæum ipsi offert, quā supra pubis os uesicæ fundū anteriorq̄ ipsius sedes uniuersa peritonæo in hominibus secus multo q̄ in canibus adnascitur. In canibus enim & alijs quadrupedibus processus tantū à peritonæo uesicæ offertur, neq̄ tota ipsius sedes anterior peritonæo ne laxè quidem adnascit, sed ut & posterior uesicæ sedes leuis & lubrica cernit. In hominibus etiā sedes uesicæ posterior rectū intestinū & uterū respiciēs, leuis & lubrica & aqueo humore oblita est. Cæterū cū urina uesicæ (ut & biliosum recrementū suæ uesiculæ) ad nutritionē inepta sit, uenas, & quibus ipsius calor refocillaret arterias Natura illi^s distribuit, ac primū utrinq̄ in ceruicis uesicæ latera unā uenā & arteriā unā à caue uenæ & arteriæ magnæ ramis per pubis ossis foramē crus accedētibus deriuauit, quæ hinc sursum per corporis uesicæ longitudinē conscendētes, in tenuissimos piliq̄ modo graciles surculos dissipant. Neq̄ neruis itidē, quibus ob tristantiū sensationē maximè indiguit, uesica destituit. Quantū uis enim urina uesicæ ut bilis minori uesiculæ tanq̄ familiaris quippiā influat, neq̄ quū naturalis est ullā ab illa noxā patiat, ea tamē interdū tantū bilio si excrementū admixtū habet, mordaxq̄ & acris reddit adeò, ut nisi urinae qualitātē uesica perciperet, illā diutius continēs, grauiter plerunq̄ afficeret. Proinde inter cæteras corporis partes, neruos nō minimos sensu tactus duntaxat gratia uesica obtinuit, eos à sexti paris ramis costarum radicibus exporrectis, & ab^b infimis spinalis medullæ paribus exigēs. Præter hæc uasa & neruos ex elatiore mediaq̄ fundi parte^l meatus exoritur, qui per umbilicū & m^m intimū foetus inuolucrū, quod à farciminis specie nomen inuenit, quū adhuc utero gerimur, urinam deducit. Quinetiam uesicæ lateribusⁿ duæ attenduntur arteriæ, uitalem spiritum ex uteri arterijs foetus deferentes, quæ in natis non minus q̄ meatus urinā deducens, exarescunt, inutilesq̄ reddūtur, nisi quod uesicæ ad peritonæum ligamentorum uicem abundē gerant, uesicamq̄ erectam contineant. Porrò in humiliorem uesicæ sedem præter suos neruos & uenas & arterias in cavitatem usq̄ ipsius, aliq̄ duo meatus inseruntur ex renibus urinam deducentes, ac iustissimè à Natura formati. Quum enim renes quàm proximè iecori necessariò allocentur, uesica autem humilem sedem sibi uendicet, meatus quosdam effingi oportuit, urinam ex renibus in uesicam ducturos. Atq̄ hos uenarum corpori quàm simillimos Natura efformauit. quippe simplici constat tunica, uenarū tunica paulo duriore, paucioribusq̄ q̄ illa fibris obliquis intertexta. ita namq̄ meatus illi iniurijs ferendis redduntur aptiores, & tendi subsidereq̄ facile possunt, & obliquæ fibræ quo minus in uesicam urina ocysus delabatur, nihil interim præpediunt. Verūm quod his meatibus, quos Græci ab officio ὑρητικῶν, & ὑρανῶν, & πύρρον ὑρητικῶν appellant, tanta cum uenis sit similitudo, quod que illi secus quàm uenæ sanguine turgentes, candicent, Celso albæ uenæ nuncupantur. ^p Explantantur uerò isti ex secundo renum sinu, eos per medium primi sinus deducēte. Hinc peritonæo super^q lumborum musculos supertensi, securissimè deorsum ad uesicam prorepunt. Adnascuntur enim in progressu peritonæo, & ab illo fibras quasdam adepti, alteram assumunt tunicam, uenulis & arterijs ut peritonæum ipsum intertextam. Porrò ductus ipsorum quum itineris longitudo nihil commodi adferre hīc possit, quàm minimè anfractuosus est, ex renum enim sinu deorsum modicè uersus interiora, ut ad uesicam pertingant,

Vena et arteria ac nerui uesicæ.

Meatus foetus urinā educens, et foetus peculiare arteria uesicæ commissæ.

Meatum urinā educentium historia.

e Vesicæ dextera figura 23, et fig. 26.

fig. 3. O. 10. fig. P.

g 22, 23. fig. u. 25. fig. u. h. ulti. fig. lib. 3. i.

i 2. fi. ca. 1. h. 4. 1. p. h 2. fi. ca. 11. lib. 4. char. 27, 28. l 2. fi. M. d. N. d. E. 24. fig. Y. m 30. fig. u. M, M. n 2. fi. K, L. 24. Z. C. o 22, 23. fig. 1. q. 25. fi. d. 6.

p 21. fig. u. 8, 9. q 7. muscul. tab. 1. n.

gant, deducuntur. Ne uerò parum firmati, & omnino penfiles uesicę insererentur, aut obliquū nimis ductū efficerent, nō elatissimę parti uesicę, ex qua meatus, urinā fetus extra umbilicū deferens pendet, implantatur, sed illi uesicę sedi, quę posteriori peritonęi regioni, ad quam meatus toto ductu securē adnascuntur, uicinior est. Est autem ea regio in posteriore uesicę sede paulo anteaquam in ceruicem desinat, cui utriq; meatus primū adnascuntur, & obliquo anfractu uesicę tunicam à peritonęo pronatam penetrantes, tandem in uesicę cauitatem alteram quoq; tunicam penetrantes aperiuntur ingrediuntur ue, modo sanē quā simillimo, quo bilis meatus in duodenum inferi relatum est: laxis nimirum membranulis utrinq; ad meatus foramen ex uesicę corpore appendentibus, non aliter quā si uesicę internę tunicę tenues huiusmodi processus inibi adnascerentur. Horum usus, membranęorū processuum bilem deducenti meatui adnatorum usui respondet, ut scilicet urinę quidem ex meatibus in uesicam defluentī cedant, & dum uesica distenta urinam rursus in eosdem meatus regurgitare uolet, collecti illi meatusq; opplentes, urinę transitum præpediant. Id quod ad eò præstant commodē, ut uesica uel flatu plurimo repleta, nihil planē spiritus per hos meatus reddere queat. Verū quod & obliquus ille in meatus insertionē ductus, eidem usui famuletur, uesicę dum inflantur, exactē cōmonstrant. Eadem in follibus indies experimur: nam per foramen quod à tergo illis adhiberi solet, aēr quidem attrahitur, sed quum follis comprimitur, propter asserculum impetu aëris foramini appressum, nihil uenti exspirat. Idem quoq; in pilis obseruamus, quas flatu distendimus. Quanquā longē maiore industria, neq; ita pendulis operculis rerum Opifex in urinariorum meatus implantatione utatur, q̄ nos ipsius artificium imitātes in follibus & pilis, aut etiam in admittendis quas postmodum egredi nolumus columbis molimur. Urinariorū itaq; meatus implantatio ad inferiorem posterioremq; regionē uesicę non procul ab ipsius ceruice consistit. Hic enim humillima uesicę pars in angustum finitur meatus, quem ipsius ceruicem collum ue nuncupamus: aliter in uiris quā in mulieribus protensum, & alijs quoq; in illis q̄ in his adnatum coagmentatumq; partibus, & usum deniq; ambobus diuersum præbentē. Commune est enim utriq; huic ceruicē seu meatus urinam ex uesica deferenti musculus orbicularis circumducitur, quo cauetur ne urina præter uoluntatem nostram effluat: cuius usum, situm, & formā in secūdo libro diffusē persequuti sumus. Deinde utriq; & uiris & mulieribus per illum meatus urinā excernitur, sed uiris ad seminis quoq; ei aculationē ille auxiliatur. Ea q; propter peculiariter huius glandosum illud corpus adnatum habent, semen deferentium uasorum insertionē suscipiens, quo corpore urinę meatus humectante & irrigante mulieres destituuntur. Quinetiam mulieribus super uterū ceruicem meatus hic seu uesicę ceruicē fibris membranęis illi adnatus extenditur, ac ubi primū sub pubis osse cum uterū ceruice sursum inflecti ceperit, in illius cauitatem cessat. Uiris autem ultra porrigitur ac prominet, nam quamprimū humillimam pubis ossium commissurę regionem superauit, penis corporibus subnatus ad elatiorem usq; pubis ossium commissurę sedem sursum fertur, & hinc rursus prout rigidus flaccidus ue est penis, sursum spectat aut propendet, nunc Græcorum, nunc S Latinorum elementū exprimens. At hæc opportuniū unā cum generationis organis pertractabuntur. Hactenus enim triplicia cibi organa utcunq; persequutus sum: prima quidem quę concoquunt, & quę alimentū utile propellunt ac transmittunt. Secunda autē quę expurgant & deferunt, & suscipiunt recrementa. Tertia uerò, quę excrementorū effluxū adhibentur. Atq; hæc in duplici erant differentia: alia enim intempestiuē effluere prohibent, ut orbicularis musculus uesicę ceruicē & podici adhibitus: alia autem tempestiuē excrementa propellunt, ut septum, & abdominis octo musculi.

NATURAM PROPAGANDÆ SPECIEI
prouidisse. Caput XII.



IN præsentis libri initio nutritionis organorum necessitatem in humana fabrica adinuenientes, ex humani corporis primordijs, & qua id constat materia, hominem necessariò morti esse obnoxium colligebamus. Præterquam enim quòd mixtum genitumq; sit corpus humanum, id ipsum immortale incorruptibileq; fieri nequaquam potuisse, arteriæ, uenæ, nerui, caro, & id genus partes reliquæ, è quibus conformatur, abundē commonstrant. Quando itaq; uel materię occasione hominem producere immortalem rerum Opifici negabatur, ipsi ad immortalitatem quod licuit auxilium machinatus est, instar boni ciuitatum conditoris, cui non præsens duntaxat cohabitatio cordi est, sed rationē quoq; prouidet, qua uel in aeternū, uel ad quamplurimos annos ea duret. Sed ciuitas quidem quantumuis bene fortunata, quę non unā cum seculis ætatibusq; quandoq; intercitat, nulla

Artificiosa
meatus urinę
deducenti in-
sertio.

Vesicę ceru-
ix.

Quot nutritio-
nis organa ha-
ctenus commē-
morata sint.

*Partiū gene-
rationi subser-
uientiu breuis
enumeratio.*

*Utendi appe-
titus generati-
onis organis
adfectus.*

uidetur unquam instituta fuisse. Prouidi uero solertisque rerum Opificis opera, quae multis annorum millibus iam suffecerunt & perdurarunt, adhuc permanet, mirabili quadam arte ab ipso inuenta, ut semper pro hominibus qui corrumpuntur noui succedant, perpetuaque speciei conseruatio fiat. Homines namque initio ita extruxit, ut unus quidem potissimum foetus principij ratione exporrigeret, alter autem id suscipiens foetum enutriet foueretque. Sic uiro organa, testes scilicet ipsos indidit, quae praecipuum noui constituendi hominis principium efformarent, uasa illis adiungens duplicia: alia quidem materia ex qua hi apte semen conficerent apportantia, alia uero iam confectum in unum meatum, qui opportunè id in uterum proiciat, deducetia. Is enim mulieri dat, ut principium hoc concipiat: deinde is quoque uasis conseritur, quorum beneficio genitura temporis successu enutriatur, ac praecipuo Naturae miraculo in nouum hominem prodeat. Interim & testes uasaque illorum functionibus seruiencia uterus sibi uendicat, ut & mulier aliquam primarij principij ratione foetui adiciat. Quinetiam his omnibus non hominum duntaxat, sed & caeterorum animalium generationi famulantibus organis meras commiscendorum corporum libidines, & peculiarè quandam delectationis uim ad generationem rerum Opifex copulauit, ipsi uero animae ea usurae mirabilem quandam & indicibilem utendi appetitum quoque elargiens. A quo usu animalia incitata & stimulantur, etiam si stulta aut iuuenilia, aut ratione priuata prorsus fuerint, prouident tamen successione speciei, haud secus quam si omnino essent prudentia. Quam enim Opifex haud ignoraret substantiam, ex qua instrumenta generationi subseruiencia creauit, perfectam sapientiam neuti que admittere illecebram & uelut inelcationem, quam solam accipere poterant, ad salutem conseruationemque speciei inuendit, delectationem uehementissimam illarum partiū usui adiciens. Atque hinc illa in Timaeo Platonis de generationis amore à rerum Opifice nobis ingenita differentis est sententia: Quocirca puendorum naturae in uiris insita uis inobediens ac imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem, furiosarum libidinum uiolentia, subiicere sibi cuncta conatur. Vulua quoque & uterus in foemina pari ratione animal auidum generandi, si intempestiue diuque à generando abstineat, aegre fert moram, plurimumque indignatur. Ut modò nihil dicam de amore, quo animalia suos prosequuntur foetus: & temperie à Natura mulieri priuatim concessa, ut non solum utero adhuc contento foetui alimentum subministraret, uerum natum quoque suis mamillis tam sedulo & sollicitè enutriet. Quam uero affabre hasperinde ac reliqua generationi subministrantia organa extructa sint, iam paulatim auditurus es, quum cuiusque organi situm, formam, substantiam, connexum, uasa, neruos, ortum, inuolucra, quibus integitur aut constat, ductus, actiones, usus, & eius generis reliqua, à uirorum organo statuens sermonis initium, prosequi pergam.

DE VIRO RVM ORGANIS GENERATIO- ni subseruientibus. Caput XIII.

PRESENTIA organa primùm uigesima figura, mox uigesima secunda & uigesima tertia absolutissime exprimuntur, quemadmodum earum Index manifestò edocuit.

*Quaestiones
et controuer-
siae intracta-
tione de gene-
rationis orga-
nis obuia.*



VIRI semen primarium hominis effectiuum esse principium, medicis iuxta ac philosophis concessum est omnibus: mulierem uero semen emittere, & effectiuum principij partem praebere, Aristoteles & alij plerique inficiantur. Rursus non minus ambigitur, nunquid genitale semine duorum principiorum materialis et effectiuum ratione subbeat, ut cum Diuo Hippocrate et Polybo Galenus existimat: an effectiuum tantum, ut Aristotelis est opinio, qui licet principium motionis menstruo sanguini à semine inferri arbitrabatur, non tamen ex ipso, ueluti ex materia, animal formari putabat. His praeter alias de seminis materia, & ipsius ab animalis partibus sedibusque decisione, ac uasorum seminalium ductu, forma, ortu, numero, insertione, praeterea et acetabulorum in utero essentia, & sanguinis menstrui natura, foetusque enutritione, inter primarios medicos & philosophos innumeras atque penitus ex diametro contrarias dissensiones, accedit, quae testium sit conformatio, & nunquid semen illi, ut Galenus annuit, generent: num uero tantum planarum, quae Graecis λεῖαι uocantur, quasque textrices suis telis appendent, uicem ex Peripateticorum sententia gerant. Ut interim praeteream mille de foetus formatione, & quando masculus, quando foemina producat, de foetus ad parentes similitudine, ac signis, de optima animae parte: num scilicet haec calor semini innatus, alia uel substantia sit, aut alicunde missa, ac aliquid prorsus incorporeum aut corporeum: & rursus si ita sit, num id cum homine, an prius cum omnibus animis creetur, unde id dimittatur, praeterea mortale ne an immortale sit, eiusque generis alias penè infinitas philosophorum medicorumque differentias, & quae caelum terrae miscet nomina à uarijs usurpata autoribus, ac diuersis pugnantibusque partibus diuersimodè imposita, & denuo ab

*d 22, 23 fig.
b 22, 23 fig.
x, n, dcm 7,
d, 1.
c 22, 23 fig.
b, 1, etc.
d 23 fig. 1, p.
e 24 fig. 1.
f 25 fig. 1, h, l.
g 25 fig. 1, r.
h 25 fig. 1, p.
m d. 8, 0,
p, dcm 1, 2,
u.*

ab interpretibus miserè conuersa. Adeò sanè, ut ingentibus undequaq; opinionū dogmatumq; procellis fluctuans, uehementer ambigem, unde generationis in uiro organorū tractationē bono omine auspicer. Si enim meā cōmemoratorum dogmatū sententiā primū exposuero, præter hoc quod sanctissimæ religionis nostræ fides nōnulla sibi priuatim uendicat, & pleraq; meritò in dubiū uocari prohibet, hæc q; nostra ætas rerum capitibus potius q; proluxa enarratione oblectatur, qui de seminarijs instrumentis incideret sermo, illis nondum explicatis, obscuritatem nō leuem pararet. Rursus si postpositis aliorū controuersijs, organorū descriptionē aggrediar, pleraq; illorū placitis repugnantia occurrent: quæ si exactius cōprobare adnissus fuero, manca interceptaq; reddet oratio. At quum alicunde inchoandū sit, nuda organorū descriptio subiicietur: quam ubi ex dissectione uerā (qualem profectò descripturus sum) animaduertes, ilico in procinctu erit, quid de quamplurimis dogmatibus citra proluxam argumentorū confutationem sentiendum sit. In quibusdam autē quantumuis etiā sedulo Naturæ opera expendas, nihil quod tibi omni ex parte sanū uidebit, adinuenire poteris: nisi fortè in alicuius uerba secus atq; decet iurans, tuo sensui derogare lubeat, rationeq; prorsus careas. Atq; hīc adeò non iniuria miraberis, omnes qui huiusmodi tractationē aggressi sunt, subinde ignorata & neglecta organorū constructione, tot opinionū portēta inuexisse, omnesq; inter se quodāmodo dissentire, ac differētibus argumētis eosdē autores sua placita Andabatarū modo confirmasse. Quo autem ex his sententiarū fluctibus assequuta Anatome facilius euadas, generationis in uiro organorū fabricā ordine explicabo. Testium itaq; in uiris situs nulli nō cōspiciuus est, ut & binarius ipso forū numerus, unde *διδυμοι* & gemini appellātur: quamuis interdum unus tantū, & interdum tres simul reperiantur. at id rariū q; nōnulli existimant, tertiuū testem tuberculū præter Naturā ex meliceridum, aut steatomatum, aut atheoromatū numero in scorto reconditū enumerātes. Porro testium forma, substantia, tunicae, & illorū functionibus subseruientia uasa, nō etiam patent singulis. Sunt igitur testes rotundi, sed paulo admodū oblongiores q; aut lati, aut profundi: dein humiliori parte nō nihil obtusiores amplioresq;, q; superioris sede uisuntur, uerūm & id admodū obscure: etiā si testes ouorū nomē à plerisq;, & præcipuè Arabibus inuenerint. In externa superficie nullū penitus sinū impressionem ue aut inæqualitatē obtinet. Substantia constant albā, lactea, molli, & sibi undecūq; simili ac cōtinua, nisi quòd uenulis frequētibus ipsedemq; exiguis tenuissimisq; oppleta sit, ob idq; rara cauernosaq;, quemadmodū lienis substantia esse uideat. Atq; id parū alijs animaduersum est dissectionis professoribus, meq; diu latuit, quòd inter dissecandum testē uehementius cōprimere soleā. Neq; uirorū testes ullum omnino sinū cavitatem ue exigūt, præter eā quæ secundariò ipsis eiusmodi uenularū gratia accedit. Vnde autē uenæ uascula ue, quæ testiū substantię implicari dicebam, ortum ducant, sensim explicare contendam. Testes pluribus tunicis seu inuolucris integuntur: ac alijs quidem utriq; testi cōmunibus, alijs autē priuatim singulos testes inuoluentibus. Ambos enim testes unā cum ipso peculiari bus tunicis & seminarijs uasis, cutis ipsa & membrana, quā carnosam nō immeritò uocari diximus, perinde atq; uniuersum corpus, amplexant, & duo utrisq; testibus cōmunia statuūt inuolucra: cutis quidē unū, quod reliqua corporis cutē tenuius est, et uelut futura quadā & rugis interstinguit, ac quibusdā scrotū, quibusdā uerò (qui se Latinius loqui existimāt) scortū, Græcis uerò *ὄρχος* dicitur. Alterū autē cōmune inuolucrū mēbrana carnosā efformat, hīc perinde ac cutis, longè q; in reliquo corpore tenuior, sed uenis frequētioribus intertexta. Præter hāc uerò tenuitatē cutis & mēbrana aliud peculiariter hīc, ut & in fronte ac pene sibi uendicāt, quādoquidem nullus inter ipsas interuenit adeps: nō aliter profectò q; si Natura uirorū testibus laxius tenuiusq; uoluisset à cute & ea mēbrana obduci inuolucrū, à uirorūq; testibus nō minus q; à cerebro omnē abesse pinguedinē. Nam & si membranarū quæ uenis arterijsq; frequentibus intertextunt circa testes adsit copia, nullus tamē, ut ferè in reliquo corpore esse solet, hīc cōspicitur adeps. Porro utrumq; testē priuatim inuoluentes tunicae, amplitudine, conformatione, tenuitate inuicē admodū uariāt. Vna enim, quæ & exterior est, testē cū suis uasis ad eā usq; sedē, qua magnæ peritonæi amplitudini cōmittunt, induit, ualida quidē, sed tenuis, uenisq; abundās. Quā enim uenā arteriamq; seminales, ac dein uas semē à teste sursum ducens, ex peritonæi magna amplitudine in inguinū regionē ipsumq; scortū duci audies, illic peritonēū præsens educit inuolucrum, quod peritonæi pars processusq; meritò censet, itaq; ab ipso peritonæo prodit, ut scortū à cute deduci pronasciq; cernimus. Hoc inuolucrū seu tunica exteriori superficie, qua hanc carnosā mēbrana cōtingit, fibris quibusdā mēbraneis illi cōnascit, adeò sanè frequētibus, ut interdū has aliā testiū tunicā cōstituere arbitratus fuerim. uti etiā subinde in aquosis ramicibus accidere cōspicimus. Ab his nāq; mēbraneis fibris tunica interdū conflāt, quā inter secādū aqueo humore oppletā inuenimus. Ceterū quā dextri testis tunica sinistri testis cōtingit tunicā, ambiq; tunice fi-

Testium situs ac numerus.

Testium forma.

Substantia.

Testiū inuolucra, utrisq; testibus communia.

Priuatata utriusq; testis inuolucra.

112, 23 fi. 7.

b 23 fig. T
c 19 fi. 1, K.

d 20 fig. r. f.
e 20 fig. t.

f 20 fi. u. in-
tegra est. u.
gestima autē
secundā ad
3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000.

bris quoque mutuò committuntur, ac ob id externā superficiē non admodū leuē habere uidentur, sed membranarū inuicē cōnatarū modo asperā ac fibrosam. Interior eius inuolucris superficies, quā testē ipsiusque uasa respicit, læuis & aqueo quodā humore obducta est, neque ulli penitus corpori cōnascitur, præterque quod elatiori sui parte, qua ex peritoneo pro cedit, illic peritoneo continuatur adnasciturque: quin & inferiori testis parti ualideⁿ applantatur, nō quidem testis corpori, sed humillimæ uasis semen à teste deferentis parti, quā id sursum secundū testis humiliora reuoluitur. Ad hæc, tenuissimæ membranæ interuentu præfens inuolucrum interna ipsius superficie uasorū membranæ adnascitur, quæ à peritoneo enata, uenæ quidē seminali alterā cōstituit tunicā, arteriæ autē tertiā. Atque is cōnexus nō orbiculatim ad uasa perficitur, sed secundum rectā duntaxat lineā, quæ ad posteriorē uasorū sedem ducitur. Hoc inuolucrum aliquid cum carnosā corporis mēbrana cōmune nanciscit. Ut enim hanc carnosā quibusdā fibris¹ aliqua sui parte augeri intertextisque ac in musculi naturā degenerare dictū est, sic quoque hoc testis inuolucrum secundum totā ipsius longitudinē posteriori in sede, à peritoneo usque ad humillimā testis partē, carnosas fibras obtinet, & longi strictisque cuiusdā musculi naturā refert, quem mēbranæ seu ipsi inuolucro innatum cernimus, nusquam ab inuolucro abscedentem, sed unā cum illo à peritoneo incipientem, & etiā inferiori parti uasis à teste semen deferentis, simul cum inuolucro adnatū. Inuolucrum hoc præterque quod testem commodissime integit, illumque suspensum continet, musculi etiam illius beneficio, quasi uoluntario motu testem sursum allicere sentitur. Porro & musculi huius occasione, quod scilicet ruber ut reliqua caro sit, id inuolucrum *επιβλεφειδης* priuatim appellatum à Græcis arbitror. aut etiam ob uenarum gracilium quæ id ad eunt frequentiam, quæ illi inuolucro etiam ruborem aliquē conciliat. Verum nō ignarus quosdā à uagina id Græcorum nomen deducere, nollem de nominibus quæ harum particularū innumera uariisque admodum (si modò alibi) occurrūt, uideri contentiosior, id enim mihi sat est, si uerè singula, uti inter dissecandum apparēt, descripsero, totius capituli ordinem ac nominū liberā impositionem lectori relinquēs. nihil enim in tractatione obstabit, quodcumque primū libuerit prius et posterius hic perlegere, atque ex sententia singula nuncupare. Quod præcipue propter alterū priuatim testem ambiens^m inuolucrum addendum duxi. Quippe id præter testis corpus substantiamque nihil omnino amplectitur, testis figuræ ad amissim respondens, aut potius illam efformans. Quippe dura & crassa ac ualida admodum membrana est, testis substantiam utcumque mollem ac sequacem inuoluens. Atque is sanè præsentis inuolucris præcipuus usus censendus est, dein in hoc conducit, ut ipsius interuentu & medio, uasa testis committenda ipsi adnascantur. Inuolucrum enim laxius, tenuius, mollius que inibi cernitur, quā uasa illi connascantur, quā per reliquam circumferentiam. Et elatiori quidem huius tunicæ parti uena ac arteria testis sanguinem spiritumque deferentesⁿ adnascuntur, ac quamplurimi ramuli eam tunicam hinc perforantes, in testis substantiam^o exporriguntur. Præter illos uerò, frequentes, sed perquam graciles surculi, deorsum in tunicæ illius corpus à uena arteria que deriuantur, in tauris & arietibus instar uitis capreolorum elegantè deducti. In posteriori uerò sede tunica hæc per uniuersam ipsius longitudinem ualidissime adnatos exigit omnes deferentis semen uasis^p anfractus testis obductos, inibi etiam undecunque tenuibus ac uisum fugientibus foraminibus pertusa. Cæterum per reliquam exteriori rem ipsius superficiē, læuis & aqueo humore perfusa, nullique penitus parti cōnexa est. Interna uerò superficie, qua testis substantiam hæc tunica continet, undecunque illi substantiæ connascitur. Porro hanc tunicam seu inuolucrum à primis Anatomes professoribus, qui testem *σίδου* uocauerunt, *σίδου* uocauerunt, quasi supergeminalem dixeris, appellatum sat scio: quicquid alij de testis nugentur capite, qui quum inuolucrum hoc ignorarent, & apud ueteres Græcos *σίδου* legerent, præter elatiorem testis partem, Galeno testis caput procul dubio nuncupatam, aliam effinxerunt particulam, quæ parui testis instar, testis imposita, ipsius caput & *σίδου* uocaretur. Alij horum errore (quem & Græcorum interpretes mirifice auxerunt) elusi, sed in sectione interim diligentes, quum huiusmodi caput non reperirent, Arabes quosdam imitati, uas aliquod hoc nomine appellandum finxerunt, quod inter testem & uenam ac arteriam, quæ præsentis inuolucro primum adnascuntur, medium posuere, eam fortasse semē deferentis uasis particulā ita appellantes, quæ ipsius est principiū, & in posteriori testis sede elatiorem ipsius sedem orbiculatim aliqua ex parte cōplectitur. Sed quū ex refectione horū nugæ etiā leui opera obseruētur, postposita nominū cōtentione, hanc ex proprijs cuique testis tunicis alterā habeto, & *σάρκω* ueteribus etiā Græcis appellatā scito, nūc uasorū ductui mentē alacriter accommodans. Ad singulos enim testes singule pertingūt uenæ, ac itē arteriæ ortu differētes. Vena namque dextrū accedēs testē, à uenæ cauæ caudice demissius que uenarū ad renes exporrectarū origines pendēt, principiū ducit; nō quidem à dextro caudicis latere, sed ex superiori anteriori ue ipsius sede

Testis musculi exteriori ipsius inuolucro innatus.

Intimū testis inuolucrum.

Vasorū testibus sanguinē ac spiritū deferentium nomen, mox ortus.

h 22 fi. 2. q. plantatur.

i 3 muscul. tab. A, 7.

k 22 fig. 7.

l 22 fi. 2. ad. nascitur.

m illo testis 22, 23 figurarū inuolucrum, in uenæ similitudine tamē ad Q. à testis substantiā modicè diuisum cernitur.

n 23 fig. N. o 23 figura R, V.

p 23 fi. 1, 2, et E, F, G.

q 22, 23 fig. et 23 fi. E.

r 22, 23 fig.

s 22, 23 fig. m, n.